

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Iulianu Autokratoros Ta Sōzomena, Kai Tu En Agiois Kyrillu Archiepiskopu Alexandreias Pros Ta Tu En Atheois Iulianu Logoi Dekα

Julian <Römisches Reich, Kaiser>

Lipsiae, Anno MDCXCVI.

Liber quartus

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1694](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1694)



ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ  
**ΚΥΡΙΛΛΟΥ**  
**ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ**  
**ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,**

ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΕΥΑΓΟΥΣ  
*Θρησκείας, πρὸς τὰ τῶ ἐν ἀθέοις Ἰουλιανῶ.*  
 ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

**S. CYRILLI ALEXANDRIÆ**  
**ARCHIEPISCOPI,**

PRO SANCTA CHRISTIANORVM RELIGIONE,  
 ADVERSUS LIBROS ATHEI IULIANI.  
 LIBER QVARTVS.

**Κ**ΑΤΗΓΟΡΕΥΣΕ μὲν ἐν τῆς τῶ Α  
 Θεῶ δόξης, καὶ τῶν Μωσέως δογ-  
 μάτων ἀκαλλεσάτην πεποιήται  
 τὴν καλαβοήν· ὡσπερ ἐκ ἐνό-  
 ρως αὐτῶ τῶν Ἑλλήνων δεισιδα-  
 μονίας τὴν ἀμείνω ψῆφον ἐπενεγκεῖν, εἰ μὴ κα-  
 κύνοίλο τὰ Χριστιανῶν· τό γε ἦκον εἰς Φενακι-  
 σμῆς, καὶ μὲν τοι φιλοσοφίας τὰς παρ' αὐτῶ.  
 Καίτοι χρεῖν δὴ πρὸ ἀμείνων εἶναι, ὡς γέ μοι φαί-  
 νεται, διὰ πραγμάτων αὐτῶν τὰς παρ' αὐτοῖς ἐπι-  
 κερῆσαι δόξας, εἴπερ τι μετὴν ἀληθείας αὐτοῖς·  
 ἢ μὴ τῆς ἰσῶν εὐρεσικομπίας καλακαλλύνεσθαι·  
 καθάπερ ἀμέλει καὶ τὰ τῶν γυναικῶν ἐταριζόμε-  
 να, τὸ ἐκ τῶ πράγματος ἀσχος σωμύλοισι Φω-  
 ναῖς, καὶ τοῖς θυραθεν ὠραῖσμοις ἀποκρῆσθαι δο-  
 κεῖ. Ἀλλὰ γὰρ Ἰουλιανῶ τε πέρι, καὶ παντὸς  
 ὅτῃ τὰ ἴσα φρονεῖν ἐθέλοντος αὐτῶ λέγωμεν,

**Α**CCVSAVIT ergo Dei  
 majestatem, & aduersus  
 Mosis placita sædissime  
 declamauit: quasi non  
 posset aliter Græcorum  
 superstitionibus priores  
 partes tribuere, nisi Christianæ fidei,  
 quantum certe imposturis & probris  
 potest, detraheret. Quanquam fatius e-  
 rat, vt mihi quidem videtur, rebus ipsis  
 opiniones ipsorum defendi, si quid veri-  
 tatis haberent, non autem quorundam  
 quæsitis verborum phaleris ornari: quem-  
 admodum certe & meretriculæ re-  
 rum turpitudinem blanditiis vocum  
 & adscititiis elegantis depellere co-  
 nantur. sed de Iuliano, & quouis  
 alio Iuliani adstipulatore, dicamus &

Joan. 8.

nos juxta Seruatoris vocem : Cum loquitur mendacium, de suo loquitur, quoniam mendax est, sicut et pater ejus, et in veritate non stetit. Difficile igitur est, ac potius impossibile, ut ex ore Ethnico, & animo Diabolice pleno efficacia, veritas prodeat. At egregius iste spiritus sibi sumit, & in majores suos audacter inuehitur. Nam poetarum dicta non admittit, eosque fabularum fictores nominat. Vnius autem Platonis vocibus gloriatur ac superbit, eique vni adhærescit; quamuis cæterorum postremus ipse fuerit, nec segnes habuerit etiam ex suis discipulis aduersarios. Inter quos vnus est elatissimi supercilii, & nimio quam arrogans, & in exquisita statuendorum dogmatum atque ratiocinandi diligentia summa vir facultatis; ejus Aristoteles discipulus, & alii post eum quoque ejusdem scientiæ nomine non parum commendati. Quo vero pacto vtræque amborum sententiæ discrepent, dicere prætermittam. De his enim hæcenus abunde loquuti sumus. Ad illud nunc venio. Platonis enim opiniones sequens, uti dixi, suis, opinor, etiam additis, attentum mundi opificem, ut ait ipse, vniuersorum quidem Dominum pronunciat, cujus sceptris postquam omnia subjecit, alio modo rursus imperium in nos ei abrogat, & innumeris quibusdam Diis, diuersisque ab ipso, regnum ejus dispertire non erubescit. Ita enim rursus scribit:

I V L I A N V S.

Quinetiam videte rursus quæ nostra sententia sit. Nostri enim, Opificem ajunt omnium communem esse parentem ac regem, reliquas vero gentes ab illo distributas, gentium rectoribus ac vrbium curatoribus Diis, quorum vnusquisque fines suos administrat, ut ipsi congruit. Nam quum in Patre quidem omnia perfecta, & vnam omnia sint, in particularibus vero alius alia vi polleat: Mars quidem res bellicas gentium regat: Minerva easdem, adhibita prudentia: Mercurius, ea quæ majoris solertiæ sunt quam audaciæ: tum naturam cujusque Deum suorum sequuntur, & gentes quas ipsi curant. Ergo nisi experimento probantur quæ dicimus, fictio apud nos sit, & intempestiua persuasio; vestra vero laudentur. Sin autem

Α καὶ ἡμεῖς κατὰ τὴν τῆς σωτῆρος Φωνῆν ὅταν λαλή-  
 τὸ ψεῦδος, ἐν τῶν ἰδίων λαλεῖ· ὅτι ψεύστης ἐστὶ  
 καθὼς καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ  
 ἔστηκε. Δυσχερὲς ἔν ἄρα, μᾶλλον δὲ καὶ ἀμήχα-  
 νον, ἐκ σομάτων Ἑλληνικῶν καὶ νῦν γέμοντος δια-  
 βολικῆς ἐνεργείας ἀναπηγάζειν διώδοται τὴν  
 ἀλήθειαν. Περιουλιζέται γε μὴν ὁ γενναῖος Ἰσο-  
 σί, καὶ τῶν ἰδίων προγόνων καθὰ φρασαίνεται τῆς  
 γὰρ τοι τῶν ποιητῶν οὐ προσίεται λόγους, μυθο-  
 ποιῆς ὀνομάζων αὐτοῦ· ἀλαζονεύεται δὲ μέγα,  
 καὶ πεφρόνηκε, καὶ προσορμίζεται μόναις ταῖς Φω-  
 ναῖς τῆς Πλάτωνος, καὶ τοι γεγονότος τῶν ἄλλων  
 ἐσχάτως, καὶ ἐπ' ἀγενῆ παρα τῶν συγγεγονότων αὐ-  
 τῷ λαβόντος τὴν ἀντίτασιν. εἰς γὰρ ἐστὶ καὶ ὑπερο-  
 φρὸς καὶ σοβαρὸς ἄγαν, καὶ ἐπ' ἀκριβείᾳ δογ-  
 ματικῆ τε καὶ λογικῆ, πλείστην ἔχων τὴν δεινότητα  
 ὁ αὐτὸς Φοιτητῆς Ἀριστοτέλης, ἕτεροί τε καὶ μετ'  
 αὐτὸν οὐ μετρίαν ἐπὶ σωέσει τῇ καὶ αὐτὸν τὴν  
 δόξαν ἀράμενοι. ἀσύμβαλοι δὲ ἀλλήλαις ὅπως  
 τε καὶ τίνα τρόπον αἱ ἀμφοῖν εἰσι δόξαι, παρήσω  
 λέγειν. ἀποχερῶν γὰρ ἡμῶν ὁ περὶ τῶν ἡδὴ πε-  
 ποιητῶν λόγος. Ἐπ' ἐκεῖνο δὲ εἰμι νυνὶ ἐπόμενος  
 γὰρ, ὡς ἔφην, ταῖς δόξαις τῆς Πλάτωνος, προσ-  
 τιθεῖς δὲ, οἶμαι, καὶ τὰς ἑαυτοῦ, τὸν προσεχῆ τῆς  
 κόσμου δημιουργόν, καθὰ φησὶν αὐτοῦ, ἀποφαί-  
 νει μὲν τῶν ὄλων δεσπότην, καὶ τοῖς σιγήπλοισι αὐ-  
 τῆς τὰ πάντα ὑπενεγκῶν, ἕτερον τρόπον πάλιν  
 αὐτὸν τῆς καθ' ἡμῶν ἐξίτησις ἀρχῆς, καὶ τισὶν ἀν-  
 αριθμήτοις θεοῖς, καὶ ἕτεροις παρ' αὐτὸν τὴν βα-  
 σιλείαν αὐτοῦ διανεμῶν τῶν ἐρυθρίᾳ. γράφει γὰρ  
 ὧδε πάλιν·

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἄλλὰ δὴ σκοπεῖτε πρὸς ταῦτα πάλιν τὰ  
 παρ' ἡμῶν. οἱ γὰρ ἡμέτεροι φασὶ τὸν δημιουργόν  
 ἀπάντων μὲν εἶναι κοινὸν πατέρα καὶ βασιλέα, νε-  
 νεμῆσθαι δὲ τὰ λοιπὰ τῶν ἐθνῶν ὑπ' αὐτοῦ,  
 ἐθνάρχαις καὶ πολιέχοις θεοῖς, ὧν ἕκαστος ἐπι-  
 τροπεύει τὴν ἑαυτοῦ λῆξιν οἰκείως αὐτῷ. Ἐπειδὴ γὰρ  
 ἐν μὲν τῷ πατρὶ πάντα τέλεια, καὶ ἐν πάντα,  
 ἐν δὲ τοῖς μεριστοῖς, ἄλλη παρ' ἄλλω κρατεῖ δύ-  
 ναμις· Ἀρης μὲν ἐπιτροπεύει τὰ πολεμικὰ τῶν  
 ἐθνῶν· Ἀθηνᾶ δὲ τὰ μετὰ φρονήσεως πολεμικὰ·  
 Ἑρμῆς δὲ τὰ συνετώτερα μᾶλλον, ἢ τολμηρό-  
 τερα, καὶ καθ' ἑκάστην ἐστὶν τῶν οἰκείων θεῶν ἐ-  
 πεται καὶ τὰ ἐπιτροπεύόμενα παρὰ σφῶν ἔθνη.  
 εἰ μὲν ἔν ὧ μαρτυρεῖ τοῖς ἡμετέροις λόγοις ἢ  
 πείρα, πλάσμα μὲν ἔστω τὰ παρ' ἡμῶν, καὶ πιθαν-  
 νότης ἀκαρῶς· τὰ παρ' ὑμῶν δὲ ἐπαμείψω. εἰ δὲ

πάν τ'αντίον, οἷς μὲν ἡμεῖς λέγομεν ἐξ αἰῶ-  
 νος ἢ πείρα μαρτυρεῖ. τοῖς ὑμετέροις δὲ λόγοις ἔ-  
 δὲν ἔδαμῶ φαίνεται συμφωνῶν· τί ταύτης τῆς  
 φιλονεικίας ἀνέχεσθε; Λεγέσθω γὰρ μοι τίς αἴ-  
 τία τῶν Κελτῶν μὲν καὶ Γερμανῶν εἶναι θρασυῖς·  
 Ἕλληνας δὲ καὶ Ῥωμαίους ὡς ἐπίπαν πολιτικῶς  
 καὶ φιλανθρώπων, μετὰ τῶν σερρῶν τε καὶ πολεμι-  
 κῶν· συνελωτέρως δὲ καὶ τεχνικωτέρως Ἀιγυ-  
 πτίους· ἀπολέμους δὲ καὶ τρυφίλους Σύρους, μετὰ  
 τῶν συνετῶν καὶ θερμῶν καὶ κῆφῶν καὶ ἑυμαθεῶν. Ταύ-  
 της γὰρ τῆς ἐν τοῖς ἔθνεσι διαφορᾶς, εἰ μὲν ἔ-  
 δεμίαν τις αἰτίαν συνορώη, μᾶλλον δὲ αὐτὰ φη-  
 σὶ καὶ ἐκ τῶν αὐτομάτων συμπεσεῖν, πῶς ἔτι προ-  
 νοία διοικεῖσθαι τὸν κόσμον οἴεται τις; εἰ δὲ τῶν  
 αἰτίας εἶναι τίθειαι, λεγέτω μοι πρὸς αὐτῶν  
 τῶν δημιουργῶν καὶ διδασκίτω.

## ΚΥΡΙΑΛΟΣ.

Ἐπὶ κατὰ δὴ πάλιν πρὸς ἡμῶν λελέξεταί  
 τὸ διὰ Φωνῆς τῶν προφήτων Ἰεζεκιήλ· ἔαί τοῖς  
 ἀπὸ καρδίας αὐτῶν προφητεύουσι, καὶ τὸ καθό-  
 λον μὴ βλέπεσι. τίς γὰρ νέον κτεῖν ἐγνώ, κα-  
 τὰ τὸ γεγραμμένον, ἢ τίς σύμβουλος αὐτῶν ἐγένε-  
 νετο; ψευδοεπεῖ γ' ὁ γεννάδας ἔτος, καὶ τῶν θείων  
 ἐννοιῶν μονοεχὶ κοινωνῶν ἀποφίνας ἐαυτὸν, ἐθ-  
 νάρχαις τισὶ καὶ πολιάρχαις δαίμοσι, ἡτοιμασ-  
 τὸν, θεοῖς, φησὶ διανενομήσθαι τὰ ἔθνη. φραζε-  
 τω δὲ ἐν τοῖς ἀναμαθεῖν ἐθέλῃσι, πότερον πο-  
 τε τῶν δυνάστων κατέρχων αὐτῶν ἠπώμεν, καὶ  
 ἔδρακῃ τὴν δυνάμιν ἔχων παρεχώρει τῶν προ-  
 νοεῖν ἑτέροις· ἢ παναλικῶς μὲν ὑπάρχων, καὶ τὸ  
 δυνάστων κρατεῖν ἀκονεῖν κεκλιμένος. Ἐἰ μὲν ἐν  
 ἀτονῆσαι φησὶ, καὶ ἀπειπεῖν τὴν ἀρχὴν γράφε-  
 ται τὸν τῶν κόσμου δημιουργόν, καὶ καθορίζει τὸ ἀ-  
 ναλι τῆς ὑπερκεμένης ἐξουσίας τὰ πάντα. εἰ δὲ οἶ-  
 δὲν ἔχοντα τὸ δυνάστων κρατεῖν, εἴτα τῶν δυνά-  
 των ἐχέσθαι φησὶ, διδασκίτω τὰς αἰτίας. Ἐἰ μὲν  
 γὰρ ὡς ἄμεινον αὐτῶν παιδαγωγεῖν εἰδόσι τοῖς πο-  
 λιάρχαις θεοῖς, τὰς τῶν ἐθνῶν ἀγγέλας διανενομή-  
 σθαι φησὶ, σιωπολογεῖν ἀνάγκη, καὶ ἐκ ἐκόντα,  
 λοιπὸν, ἵδὲ τ' ἔτι ἀκαλλεσάτων δογμάτων εἰση-  
 γηῖν, ὅτι ποιητῆς τῶν ὅλων ὑπάρχων ὁ προσ-  
 εχὴς τῶν κόσμου δημιουργός, ἀμείνων τινὰς ἐαυ-  
 τῶν καὶ πολὺ λίαν εὐτεχνετέρας ἐκ οἶδ' ὅπως  
 εἰργάζετο. Ἐἰ δὲ δὴ χειρόνως, καὶ ἔκκαθ' ἀπέφυκε τε  
 καὶ οἶδεν αὐτὸς, εἴη ἂν ἐκ ἀγαθῶν τὸ μὴ τῶν κρείτ-  
 τον ἐφείναι μεταλαχεῖν τοῖς παρ' αὐτῶν γε-  
 γονόσιν. ἀλλ' ἐκ ἡξίωσε, φησὶ, τῶν δυνά-  
 των πῶς ἔχ' ὑπεροψία τὸ ἐγγύλημα; ἀνθ' ὅτι δὲ δὴ,

quæ dicimus, sempiterna experientia  
 contestata sunt, vestrae autem doctri-  
 nae nihil vspiam consentaneum vide-  
 tur: quid hanc peruicaciam retinetis?  
 Dicatur enim mihi, quæ causa sit cur  
 Galli quidem & Germani sint auda-  
 ces: Græci autem & Romani fere ciui-  
 les & humani, iidemque constantes &  
 bellicosi: sagaciores autem & solertiores  
 Ægyptii: imbelles ac delicati Syri juxta  
 & prudentes, & calidi, & leues, & doc-  
 les. Hujus enim inter gentes discrimi-  
 nis, si nullam causam videre licet, sed casu  
 potius ea contingere nemo non dixerit,  
 quomodo prouidentia mundum guber-  
 nari etiamnum putet aliquis? Sin autem  
 horum esse causas statuit, edisserat mi-  
 hi quæso per ipsum Opificem, ac do-  
 ceat.

## CYRILLVS.

Opportune rursus Ezechielis vocem  
 vsurpabimus: *Va qui propbetant de corde* Ezech. 13.  
*suo, & prorsus non vident. Quis enim no-*  
*uit mentem Domini, sicut scriptum est: aut* Rom. 11.  
*quis consiliarius ejus fuit? Vir enim egre-*  
 gius mentitur, & se diuinorum consilio-  
 rum propemodum socium declarans,  
 rectoribus gentium & curatoribus vr-  
 bium Dæmonibus, seu vt ipse mauult,  
 Diis, gentes distributas ait. Age itaque di-  
 scendi cupidus doceat, vtrum tandem  
 præ infirmitate, & quod parem ei rei po-  
 testatem non haberet, an omnia quidem  
 quum possit, eaque citra negotium impe-  
 randi potestate vtatur, tamen prouiden-  
 di munus aliis tradiderit. Nam si non  
 voluisse dicit, & imperio se abdicasse,  
 mundi Opificem accusat, & infirmita-  
 tem adscribit substantiæ quæ omnia  
 supereminet. Sin autem imperare pos-  
 se agnoscit, verum noluisse dicit, cau-  
 sas edoceat. Si enim gentium greges  
 vrbium curatoribus Diis attributos ait  
 vt regendi peritioribus; confiteatur  
 de cetero vel inuitus necesse est, tam  
 flagitiosorum dogmatum antistes, mun-  
 di attentum Opificem, creator quum sit,  
 alios quosdam seipso præstantiores &  
 multo solertiores nescio quo pacto con-  
 didisse. Quod si minus bene, ac non æque  
 ac ille nouit ac potest, gubernaturi erant;  
 boni sane haud fuerit, rebus a se crea-  
 tis nolle concedere, vt eo fruantur  
 quod est præstantius. At enim hoc fa-  
 cere noluit, inquit. Verum qui pot-  
 est illud accusatione carere superbiæ,

ac insignis cuiusdam despicientiæ? Nam cur illa creare voluit, quorum regimen aspernatur, eorumque moderamen rem nimis hamilem & sua gloria inferiorem putat? At ego contra dico, optabile & reuera expetendum esse, ut quibus quisque possit præclaris facinoribus, pietatisque studio, purissimi Dei similitudinem, quoad licet, conetur exprimere. Igitur licet virtutis amans sit, tamen aliis gentium administrationem permisit. An ut istud docerent, aut certe, quemadmodum ipse ait, pro suo arbitratu, & quæ B quique vellent, ea sentire ac facere persuaderent, immo vero cogere sibi subiectos Rectorum sequi sententiam. Sane si datas illas gentes fuisse dicit, ut ad Dei nutum voluntatemque regerentur: qui fit ut non omnes homines, quotquot terram incolunt, necessario mansueti probique cernantur, omnisque virtutis periti, & vnus ejusdemque voluntatis? Siquidem nec diuersa est, nec in diuersum fertur Dei voluntas, sed in bonum potius & laudabile quoduis vniformis. Quod si hoc quidem, sed gentes ipsas pertendit non esse datas vrbium tutelari- bus Diis, ut, pro eo ac loquitur, vnus- quisque suam ditionem suo more curet: age videamus annon diuinam prouidentiam accusare audeat, dum hæc sentit & loquitur. Nam Celtæ quidem, & præter hos Germani, audaces sunt & crudel- es: Græci vero & Romani vtpurimum ciuiles & humani: Syri voluptuarii. Ad- dam & eas gentes quæ ad Orientem ha- bitant. Scythæ enim crudelēs & homicidæ: Chaldæos ferunt matribus jungi, & cum sororibus misceri, ac fœdissima quæque patrare nullo reprehensore, im- mo vero patriis legibus ad illa cohortantibus. Atque ut aliquid ex Mosaicis scriptis referam, Sodomorum incolæ, masculorum forma passim incitati, & nefarias voluptates immaniter sectantes, velut execrabiles & profani incendio perierunt. Atqui Romani res tam ob- scenas sancte condemnant, juris & æqui cultores, disciplinarum aman- tes, impietatis & omnis vitii acerrimi hostes. Quum igitur singuli præsidēs vrbium Dū, suo nutu, huiusmodi forte mentem & cogitationem subditis im- mittant, veluti Persis quidem & Me- dis, ut suis moribus viuant: Germanis autem & Gallis, ut crudelitati & atro-

καὶ δημιουργεῖν ἠθέλησε τὴν ἀρχὴν, ὣν ὑπερο-  
ρᾶ τὴν παιδαγωγίαν, καὶ σμικρὸν οἰεταὶ τῆς αὐ-  
τῆς καλῶν ἐπιλείας ἵεναι, τὸ χρεῖναι κρεῖναι αὐ-  
τῶν; εἶναι δὲ Φημι καὶ ἐτέρως χρῆμα τι πολυεύκ-  
τον, καὶ ἀληθῶς ἀξίερασον, τὸ δὲ ὧν ἂν διώματό  
τις λαμπρῶν ἀνδραγαθημάτων καὶ τῆς καλῆς εὐσε-  
βείας ἀρετῆς, πειρᾶσθαι γενναίως, κατὰ γε τὸ ἐγ-  
χωρῆν ἀφομοιοῦσθαι. Φιλεῖν τῷ πανάγνω Θεῷ.  
Ἐφῆκε τοίνυν τοῖς ἐτέροις τὸ καθηγεῖσθαι τῶν  
ἐθνῶν καὶ τοὶ Φιλάρεος ὧν. ἄρ' ἵνα τῆτο διδάξαιαν,  
ἤγουν, ὡς αὐτὸς Φησιν, ἵνα κατὰ τὸ δοκῆν αὐτοῖς, καὶ  
ἄπερ ἂν ἕκαστοι τῶν παρεληφθῶτων ἔλοιπτο ταῦ-  
τα καὶ φρονεῖν καὶ δεῖν ἀναπειθῶσι, μᾶλλον δὲ καὶ  
ἐπαναγκάζωσι τὰς σφίσι καλεζευγμένους τῆς  
τῶν κρατέων ἐπεὶ γνῶμας. Ἐὶ μὲν ἐν δεδοσθαι  
Φησὶν αὐτὰ ἵνα καὶ ἀπευθύνοιντο πρὸς τὸ θεῷ δο-  
κῆν, πῶς ἔχ' ἀπαιτίας ἐχρῆν τὰς ἐπὶ τῆς γῆς  
τιθαστὰς ὁρᾶσθαι καὶ ἀγαθὰς καὶ ἀρετῆς ἀπάσης  
ἐπιστήμονας, μίᾳς τε καὶ τῆς αὐτῆς ἀπὸ τῆς γνῶ-  
μης; ἔ γὰρ διάφορον, ἔτε μὴν διεννηγεγμένον,  
C εἰς ἕτερον τὸ θέλημα τῶ Θεῷ, μονοειδὲς δὲ μᾶλ-  
λον εἰς τὸ ἀγαθόν, καὶ πρὸς ὅτι ἐν τῶν τε θαυμασ-  
μένων. Ἐὶ δὲ τῆτο μὲν, ἔχ' ἰδεδοσθαι δὲ διαλείνε-  
ται τοῖς πολιέχοις αὐτὰ, ἵν' ὡς αὐτὸς Φησιν ἕκα-  
ς ἐπιπροπέυη τὴν αὐτῆς λήξω, οἰκείως ἑαυτῷ,  
Φέρε κατὰ δρῆσωμεν, εἰ μὴ τῆς τῶ Θεῷ προνοίας  
καταγορεύειν ἀπόλομα, ταυτὶ φρονῶν τε καὶ λέ-  
γων. Κελλοὶ μὲν γὰρ εἰσι Γερμανοὶ τε πρὸς τῆ-  
τοις θρασείας τε καὶ μισθῶνοι Ἕλληνες δὲ καὶ Ρω-  
μαῖοι ὡς ἐπίπαν πολιτικοὶ καὶ φιλάνθρωποι, τρυ-  
D Φηλοὶ δὲ Σύροι προδρῆν δ' ἂν ἐγώγε καὶ τὰς  
πρὸς ἀκλίνα τῶν ἐθνῶν. Σκύθαι μὲν γ' ὡμοὶ τε καὶ  
ἀνδρῶνοι μῆρηγαμῆν δὲ φασὶ Χαλδαίους καὶ  
ἀδελφῶς ἐπιμίγνυσθαι, καὶ τὰ πάντων ἀσχεῖα  
δεῖν ἐπιπλήθουσι ἔδενος, μᾶλλον δὲ καὶ κα-  
λῶν εἰς αὐτὰ τῶν παρὰ σφίσι νόμων. Καὶ ἵνα  
τι καὶ ἐν Μωσαϊκῶν εἴπω πραγμάτων, οἱ Σο-  
δόμων οἰκήτορες, τῆς ἀρρένων ὡραῖς ἀνέδην ἐπι-  
θηγόμενοι, καὶ τὰς παρὰ φύσιν ἠδονὰς ἀγείως  
E ἐπιηδύνοντες, ὡς μυσαρροὶ καὶ βέβηλοι πυρὶ διολώ-  
λασι. Ρωμαῖοὶ γε μὴν τὸ ἔτως ἀσχερὸν, ὅσως  
καταδικάζουσι, καὶ δικαιοσύνης εἰσὶν ἐπιμεληταί,  
καὶ ἐπιστημῶν ἐρασταί, καὶ ἀνοσιότητι ἔχθροὶ, καὶ  
ἀπασὶ ὅ τοῖς ἐκλόποις πολεμιώτατοι. Ὅτε τοίνυν  
ἕκαστος τῶν πολιέχων Θεῶν κατὰ γε τὸ αὐτῷ δο-  
κῆν, τοῖς ἐπεζευγμένοις ἐνήσιω ἐννοίαν τε καὶ γνῶ-  
μην τὴν τοιαύδε τυχόν, αἶον Πέρσας μὲν καὶ Μήδοις  
τὴν ἐν αὐτοῖς. Γερμανοῖς δὲ καὶ Κελλοῖς, τὸ ὡμόν τε

καὶ ἀπηνές. Σκύθαις γε μὴν, τὸ χρῆναι μισοφο-  
νεῖν, καὶ ἀνδροκλασίας ὡμῶς ἐπαγαλλεσθαι Ῥω-  
μαίοις γε μὴν, χρῆναι τιμᾶν τὰ ἐξάρετα τῶν  
προγμάτων. τί τὸ χρεῖμα, Φαίη τις ἂν, ὦ γεν-  
ναίε, ἢ ποίας ἐτι τῆτο προνοίας ἔργον εἴη ἂν; Τί  
δ' ἂν ἐτι καὶ ἐν δίκῃ τὰ ἔθνη γραφαίμεθα, καὶ  
εἰ τοῖς ἐσχάτοις ἐνηλημμένα κακοῖς καταθεῶτό  
τις αὐτὰ; ἢ πῶς ἂν ἐν καλοῖς τῆς τῶν ἀρίστων ἐ-  
πιηδευμάτων ἐπιμελητὰς ἐπαμύσειεν, εἰ μὴ τε  
ἐκείνοις, μῆτε μὴν τοῖς ἐτέροις, ἐφείτο δεῶν  
ἐλευθέρως τὸ δοκεῖν αὐτοῖς, ἀλλὰ γὰρ τοῖς τῶν πο-  
λιάρχων ἔθεσί τε καὶ νόμοις ὡς ἐξ ἀνάγκης κατε-  
σφιγμένοι Φαυλότῆτά τε καὶ ἀρετὴν εἰργάζοντο.  
Ἐψέλα μὲν γὰρ καὶ μάλα εἰκότως τοῖς κατ' οἰκίαν  
βελήσιν ἠρημένοις ἀγαθουργεῖν, τὸ ἐπαμύειθαι  
πρέπειν τοῖς γε μὴν ἀνοσιότητος ἐρασταῖς, καὶ ῥο-  
παῖς ἐθελαστοῖς εἰς τῆτο γνώμης ἴσσι, τὸ εὐθυνε-  
σθαι δεῖν, καὶ τοῖς νόμοις ἀπολογεῖσθαι· εἰ μὲν ἔν,  
ὡς ἐφης, ἔτε τὰ βελτίω φρονεῖν τε καὶ δεῶν, ἢ  
γενετὰ ἀσχίω μελὸν αὐτοῖς, ἢ ἀγαθοὶ γεγονόνα-  
σιν ἢ πονηροὶ τῆς τρέψης, οἱ περιὼν λόγος ἀπο-  
σῆσομεν ἀναγκάως τῶν μὲν ἀγαθῶν τῆς ἐπαμύσης,  
τῶν δὲ μὴ τοιούτων, τὰς ἐπ' αὐτῶν δὴ τῆτω δια-  
βολίας. Νεθεσία δὲ ἔναι παρὰ πατέρων εἰς παῖ-  
δας, εἶεν ἂν ἤδη πῶς εἰκόλον τι χρεῖμα, καὶ  
ὀλοτρόπως ἀνόητον· παιδαγωγία δὲ πάλιν, αἰ  
παρὰ τῶν εἰδότην εἰσηγεῖσθαι τὰ κάλλιστα περι-  
ταί τάχα περὶ ῥαψώδημα κενόν. ἀναμύσομεν  
δὲ πρὸς τῆτοις καὶ αὐτῆς τῆς νόμους, οἱ τῶν  
προκλήων, ἢ μὴ, γεγονόνασι βραβεύσασιν. εἰ μὴ  
γὰρ ἐκάσω μέτεσιν ἢ ἂν βέλοιο τῆ βίβ διατλεῖν  
ὁδόν· ἀγέλα δὲ μᾶλλον τοῖς ἐτέρων νεύμασι, καὶ  
δυσδιάφικτον ἔχει, μᾶλλον δὲ καὶ ἀνεξίτητον  
παντελῶς τὸν ἐπὶ τῆτω δεσμόν, περιαρτέσον ἢ  
δὴ καὶ νόμους καὶ τὰ λοιπὰ τῶν χρησίμων, ὡς ἐφην.  
Ἐροίμην δ' ἂν ἠδιστα τὸν δι' ἐναντίας. πλεῖστα μὲν  
γὰρ καὶ ἀριθμῶς κρείττονες αἱ κατὰ πᾶσαν εἰσι  
τὴν ὕψ' Ἡλιον τῶν ἐθνῶν ἀγέλα. καὶ τὰ μὲν, τῆς  
τρέψης ἐκλεθηρίωνται, καὶ μελετᾶ τὸ ἀτίθαστον,  
καὶ πρὸς εὐκλείας ποιεῖται τὴν ἀπάσης διαβολῆς  
ἐμπλεω ζῶν τὰ δὲ καλοκαγαθίας ἀπάσης ἐ-  
πίμεσον ἔχει τὴν πολιτείαν, καὶ τὸ ὡς ἀριστα τε καὶ  
ἐπιεικέστα διαζῆν, ποιεῖται περὶ πολλῶν. Πο-  
λιάρχοις γε μὴν καὶ ἐπιστάταις θεοῖς καὶ δαίμοσι,  
καὶ μὴν ἀγγελοῖς καὶ ψυχῶν ἰδίω γένει διανεμεῖσθαι  
πᾶσας, ὁ σοφὸς ἔτος διαικίειται. Πότερα δὲ  
ἔναι ἐπαμύει τὰ Ἑλλήνων, καὶ τοῖς Ῥωμαίων ἐπιγάν-  
νυται νόμοις, ἢ τοῖς ἐκείνων ἔθεσί τε καὶ τρέποις

A citati feruiant: Scythis, vt cædes patrent,  
& homicidiis crudeliter exultent: Ro-  
manis, vt egregia facinora præcipue lau-  
danda putent; Quid istud rei est, vir e-  
gregie, dicet aliquis, aut cuius demum  
providentiæ hoc opus? Quid vero gen-  
tes ultra jure accusemus, licet postremis  
illas sceleribus implicatas videamus? aut  
quomodo optimæ disciplinæ cultores  
ob egregia facta laudabimus, si nec il-  
lis, neque porro aliis, licebat libere fa-  
cere quod vellent, sed Deorum cujus-  
que vrbis tutelarium moribus ac legibus  
necessitate veluti quadam constricta, vi-  
tium aut virtutem operabantur. Quip-  
pe laudandi sunt, ac merito sane, qui sua  
sponte bonum amplexi fuerint, verun-  
tamen impietatis cultores, qui que vo-  
luntatis impulsu id consilii susceperint,  
plecti debent ac legibus judicari. Cete-  
rum si aut boni fuerint hi, de quibus  
verba facimus, aut mali moribus; quum  
nec iis, vt dixisti, meliora sapere & fa-  
cere, nec turpiora licuerit; necessario  
bonorum laudibus abstinebimus juxta  
ac malorum reprehensionibus. Ergo  
patrum ad liberos cohortationes futilis  
quædam res erit & vana prorsus: insti-  
tutiones item eorum per magistratos eru-  
ditos, superuacaneæ forsan erunt, & ina-  
nis cantilena. Tollemus præterea leges  
ipsas, quæ rerum agendarum aut non-  
agendarum sunt arbitræ. Si enim vni-  
cuique fas non est, quodcumque velit vi-  
tæ iter exsequi, sed aliorum nutu po-  
tius impellitur, immo vero effugere aut  
expedire se hoc vinculo plane nequit;  
tollendæ jam sunt leges, & cetera quæ-  
cumque vtilia sunt, vti dixi. Lubet ita-  
que aduersarium compellere his verbis:  
Multi enimvero ac innumerabiles gen-  
tium græges terram, quæ sub Sole est,  
incolunt: inter quas aliæ quidem effe-  
ratis sunt moribus, ac prorsus intracta-  
biles, vitamque quouis crimine infamem  
laudi ducunt; aliæ honeste & laudabiliter  
viuunt, probitatem & æquitatem pluri-  
mi facientes. Atqui vrbium  
curatoribus ac præsidibus Diis ac Dæmo-  
nibus, atque etiam Angelis, & animarum  
peculiaris generi, omnes adsignatos esse sa-  
piens ille pertendit. Vtrum igitur res Græ-  
corum laudat, & Romanorum legibus  
gloriat, aut illorum consuetudinibus

ae moribus primas partes deferet? An miratur Barbarorum audaciam, & intractabile ingenium, aut propensos ad mansuetudinem iure ceteris praeferebendos putabit? Sed illorum, opinor, ipse res vituperat; horum autem instituta admirationi potius habet. At quo pacto omnium opifex ac parens, aliis quidem feroces & asperos praefides dedit, quique suos ad nullam partem adducere queant honesti; lenes autem aliis ac cordatos? Numquid ergo superam eam mentem perperam consuluisse, vel inuitus aliquis dicet, & ex rebus ipsis quodammodo vociferabitur? Plane enim videre licet omnibus, si modo velint, gentes barbaras ad effrenatos impetus facile acui, sic autem in homicidia ruere, ut nihil melius existiment. Hac omnia nempe suo nutu administrat natum malum Mars furens, homicida & mortalium ille perditor. Sic enim a Poetis, qui eum norant, nuncupatus est. Verum quo pacto Deus virtutis amans nato illi malo & perditori hominum tantos gentium greges subiecit? Nam si propositum illi erat, omni genere virtutis naturam hominum exornare, quidni peritissimis ac æquissimis veluti quibusdam magistris erudiendos illos tradebat? Sin autem pro nihilo nos habebat, sed nequitiae doctoribus plane nos obiiciebat, immo vero Diis ac Daemonibus & Angelis subiiciebat, qui nos ad quoduis improbitatis genus reducere moliantur; quid peccantes accusat, & non recte viuentes criminari amat? His enim verbis opinor vtetur aliquis, cui hac in mentem venerint. Cordati patres, quos ad magistros suos liberos deducunt? numquid ad eos qui rebus optimis exculsi sunt? Quosnam domesticos ceteris praeficere solemus? nonne probos ac modestos, & qui heri obsequium praere ceteris solent? Quos autem ex iis, qui clauum tractare soliti sunt, onerariam nauem regere decet? non peritissimos, & rei maritimae scientissimos? Et quos ex agri cultoribus pomarii cura deceat? num ignauos & colenda terrae, quidque vtilissimum ac fructuosissimum sit, plane rudes; an peritos eius rei artifices? Numquid ergo Deum minoris quam nos putabimus, & illum rebus humanis postponemus? An non hic stupor, & furore plenae cogitationes? Per

**Α** ἐπιψηφίζεται τὰ κάλλιπα. Ἄρα θαυμάζει βαρβάρων τὸ θρασὺ καὶ ἀτεγκλον, ἢ τοῖς ἐπὶ τὸ ἡμέρον νενευκόσι καταλογίζεται δικαίως τὸ ἐν ἀμείνοσι τῶν ἄλλων κείσθαι; ἀλλ' οἶμά γε δὴ κατὰ φύσιν μὲν τὰ ἐκείνων αὐτὸς, θαυμάζει δὲ μάλλον τὰ τῶν. εἶτα πῶς ὁ πάντων δημοκρετὸς καὶ πατήρ, τοῖς μὲν ἀγρίαις ἐδίδε καὶ ἀτιθάστας ἐπιστάτας, καὶ πρὸς ἕδεν τῶν ἐπαναμένων εἰδότας ἀποκομίζειν, τοῖς γε μὴν ἡμέτεροι καὶ ἐμφρονες; ἄρ' ἔν ἐχὶ τὸ μὴ βεβηλεῦσθαι καλῶς τὸν πάντων ἐπέκεινα νῦν, καὶ ἐχ' ἐκῶν τις ἐρεῖ, καὶ δι' αὐτῶν ὡς περ τῶν πραγμάτων ἀνακεκραζέται; Μέτεσι γὰρ τοῖς ἐβελισσιῶσι ἰδεῖν, ὅτι τὸ βάρβαρον γένος κατὰ θῆγεται μὲν εὐκόλως εἰς ἀχαλίνους ὀρμάς· ἴστα δὲ ἔτω πρὸς ἀνδροκλασίας, ὡς ἕδεν ἠγείσθαι τὸ ἀμείνον. τῶν δὲ ἔν ἀπάντων, κατὰ γε τὸ αὐτῶ δοκῶν, ἐπιπροπεύει τὸ τυκλὸν κακὸν, ὁ μαινόμενος Ἄρης, ὁ μιαυφόνος τε καὶ βρολοιογός. ἠνόμασαι γὰρ ἔτω παρὰ τοῖς εἰδόσι αὐτὸν ποιηταῖς. εἶτα πῶς ὁ φιλάρετος παρεῖκε θεὸς ὑπὸ τυκλῶ κακῶ καὶ βρολοιογῶ τοσαύτας ἀγέλας ἐβνῶν; εἰ μὲν γὰρ σκοπὸς ἦν αὐτῶ διαπάσης ἀρετῆς τὴν τῶ ἀνθρώπου κατὰ καλλιπέσθαι φύσιν, τί μὴ τοῖς ταῦτα διδάσκων οἷοις τε παιδαγωγοῖς ὡς περ ἴσισιν ἐπιεικῆσιν ἐδίδε; εἰ δὲ λόγος αὐτῶ τῶν κατ' ἡμᾶς ἦν ἕδεις, παρερρίπτει δὲ ἀπλῶς τοῖς τῶν φαύλων εἰσηγηταῖς, μᾶλλον δὲ καὶ θεοῖς, καὶ δαίμοσι, καὶ ἀγγέλοις ὑπετίθει τοῖς πρὸς πᾶν ὅτι ἐν τῶν ἐκτόπων κατὰ βιάζεσθαι μεμελετηκόσι τί παρανομῶντας γράφει, καὶ ἐκ ὀρθῶς βιοτεύουσας αἰτιάσθαι φιλεῖ; φαίη γὰρ ἂν οἶμά τις κατὰ νῦν εἰ λάβη ταυτὶ. οἱ τῶν πατέρων ἀρετῆ φρονες τίσι ἄρα τῶν διδασκάλων τῶς ἰδίαις παιδας προσάγασιν; ἐχὶ τοῖς ἀρίστοις κατεσπευδασμένοις; τίσι τῶν οἰκείων τὸ κατηγεῖσθαι τῶν ἄλλων ἐπιτρέπειν εἰσὶν μεθα; ἐχὶ τοῖς γνησίοις, καὶ μὴν καὶ ἐπιεικῆσιν, καὶ πρὸς τὸ τοῖς δεσπόταις δοκῶν ποδηγεῖν εἰωθόσι; τίσι δὲ, εἰπέ μοι, τῶν εἰωθότων πηδαλιεχῆν πρέπῃ ἂν παρευθύνῃ ὀλκιάδα; ἐχὶ τοῖς εὐτεχνῆσιν ἀτοῖς καὶ θαλασσεύειν εἰδόσι εὐμάλα καὶ σοφῶς; καὶ τίσι τῶν γηπόνων ἀρμόση ἂν ἡ τῶν ὀρχάτων φροντίς; ἄρα τοῖς ἡμελημένοις καὶ ἡμοιρηκόσι παντελῶς τῶ εἰδένασθαι δρᾶν τὸ, ὅτι μάλιστα χρήσιμόν τε καὶ ὠφελῶν ἢ τοῖς ταῦτα τεχνίταις; ἄρ' ἔν ἐν μείοσι τῶν κατ' ἡμᾶς τὰ τῶ θεῶ λογισμεθα, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων καλόπιν τὰ αὐτῶ θῆσομεν; εἶτα πῶς ὄκα ἀποπληξία τῶτό γε, καὶ μαρίας γέμοντες λογισμοί. κατὰ φωρᾶται μὲν γὰρ

ἐναργῶς διὰ τῶν δὴ, κατ' ἐδένα μὲν τρώ-  
 πον ὀνήσας τὰ ἀνθρώπινα, προσαδικήσας ἱμάλλ-  
 λον, καὶ ἔκ ἐφείς ὅλως τῆς παγκάλῃς ἐφικέσθαι  
 ζωῆς, εἰπερ' ἕκαστος τῶν ἐφεσηκότων θεῶν, ἢ δαι-  
 μόνων, καὶ ἔχ' ἐκόντας καταδιάζεται τοῖς αὐτῶν  
 θελήμασι κατακολληθεῖν. Ἐφη γὰρ ὅτι Ἄρης μὲν,  
 ἐπιτροπεύει τὰ πολεμικὰ τῶν ἐθνῶν. Ἀθηναῖ δὲ,  
 τὰ μετὰ φρονήσεως πολεμικὰ. Ἐρμῆς δ' ἴλασσε-  
 τώτερον μᾶλλον, ἢ τολμηρότερον, καὶ καθ' ἑκά-  
 στην ἐσίαν τῶν οἰκείων θεῶν, ἐπέλαυε τὰ ἐπιτρο-  
 πεύόμενα. Ἀλλ' ἦν ἀμεινον, ὡς τῶν, τοῖς εὖ ἐσο-  
 μένοις κατὰ τὸ θεῶν δοκῶν, τὸ μὴ τῆ φύσει καὶ  
 τῆ γνώμῃ τῶν ἐπιτροπευόντων ἀκολληθεῖν, ὑπο-  
 κείσθαι δὲ μᾶλλον τῶν ὅλων δημισεργῶ. καὶ τίνα  
 τρόπον, ἐρῶ. Ἐφη μὲν γὰρ αὐτός. ἐπειδὴ γ' ἐν μὲν  
 τῷ πατρὶ πάντα τέλεια καὶ ἐν πάντα, ἐν δὲ τοῖς  
 μεριστοῖς, ἄλλη παρ' ἄλλω κρατεῖ δυνάμις. Ἄ-  
 ρης μὲν ἐπιτροπεύει τὰ πολεμικὰ, Ἀθηναῖ δὲ καὶ  
 Ἐρμῆς τὰ ἕτερα. ἔκιν' ἐπειδήπερ ἐν τῷ πα-  
 τρὶ πάντα μὲν τέλειά τε καὶ ἐν. ἐν δὲ γε τοῖς με-  
 ριστοῖς ἢ ἐνός ὅτις ἐπισημὴ πράγματος. ἀρ-  
 ἔκιν' ἔκιν' τοῖς ἐθνεσιν ἀμεινόν τε καὶ λυσιτελέστερον  
 ἦν τὸ πρᾶττεν ὑπὸ θεῶν, καὶ ὑπ' αὐτῶ μόν-  
 ω παραγωγέσθαι, ἐν ᾧ πάντα τελείως τὰ ἀ-  
 γαθὰ, ἦσαν ἐφ' ἑτέροις καὶ ἔκ πάντως ἀγαθοῖς,  
 καὶ πρὸς ἐν τι καὶ μόνον ἔχουσιν ἐπιτηδεύειν, καθά-  
 περ ἀμέλει, καὶ οἱ τὰς βαναυσικὰς ἐπιτηδεύοντες  
 τέχνας, σιδηρεὰ δὲ λέγω καὶ κεραμευτὴν. καίτοι  
 καταδείξειεν ἂν τις καὶ τὸ αὐτὸς ἐκόντας θεός.  
 ὁ γὰρ τοὶ κατὰ ἀλήθειαν φύσει λευπάρχων θεός,  
 χρῆμά τι νοεῖται παγκάλῃς καὶ αὐτοτελές, καὶ  
 πρὸς πᾶν ὅτις τῶν ἰδίων ἀπροσδεές, πηγὴ  
 παντὸς ἀγαθοῦ καὶ γενέσις. τὸ δὲ μῆ τοις τῶν ἔχον,  
 ἐν δὲ τι καὶ μόνον, καὶ μοχθηρᾶς διανοίας εὐρημα  
 φορῶν, πῶς ἂν νοεῖτο θεός; Ἐξεσι δὲ τοῖς ἐθέλ-  
 σι καταθρεῖν τῆς Ἑλλήνων δόξης τὸ ἀκαλλῆς καὶ  
 ἐκτῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων. οἱ γὰρ τοῖς θά-  
 κοις ἐμπρέποντες βασιλείας τῆς ἐπηγεῖς, καὶ τὸ  
 κατὰ πάντων λαχόντες κράτος, ἔς ἂν εἰδέειν τῶν  
 ὑπὸ σκῆπτρα σοφῆς καὶ πραγμάτων ἀρίστων  
 ἐπισήμονας, χειροῖσι ταῖς χώραις κηδεμόνας  
 αὐτῶν, καὶ ταῖς τῆς ἀρχῆς σεφανῶσι μαῖς. οἱ δὲ  
 τῶν ἔτω λαμπρῶν ἠξιομένους γερωῶν, τὸ ὑπή-  
 κοον ἐπιτροπεύουσιν, καὶ ἰδίους αὐτονόμοις διθύνον-  
 τες, ἀλλὰ τοῖς τῶν τεθεσπικότητων, καὶ τῆς παρὰ  
 πάντων εὐφημίας ταῖς ἀνωτάτω παρὰ πέμπτασι  
 κορυφαῖς, καὶ τῆ βασιλέως τιμῆ τὸ χρεῶν ἀπο-  
 νέμει, τῶν δασμῶν, τὰ τέλη, τὰς εἰσφορὰς,

A hæc enim manifeste deprehenditur, nul-  
 lo modo res humanas iuuare, sed da-  
 mnium potius insuper afferre, nec plane  
 finire optimam vitam consequi, si v-  
 nusquisque Deorum tutelarium, aut  
 Dæmonum, etiam nolentes obsequi  
 cogit suæ voluntati. Dixit enim, Mar-  
 tem quidem curare res bellicas genti-  
 um; Mineruam autem, easdem, adhi-  
 bita prudentia; Mercurium vero, quæ  
 prudentiæ magis, quam audaciæ sunt:  
 & vt natura fert cuiusque peculiaris Dei,  
 singula curari ab iis. Atqui fatius erat,  
 o bone, quibus ex Dei nutu bene futu-  
 rum erat, non præfectorum naturam &  
 voluntatem sequi, sed subiici potius  
 omnium Opifici. Quo autem pacto,  
 dicam: ipse quippe dixit Iulianus. Quan-  
 do enim in patre quidem omnia perfe-  
 cta & vnum omnia, in particularibus  
 vero alia apud alium viget potentia:  
 Mars quidem res bellicas curat: Miner-  
 ua & Mercurius ceteras; idcirco quum  
 in patre quidem omnia perfecta & vnum:  
 in particularibus vero sit vnus cuiusuis  
 rei scientia: numquid gentibus fatius &  
 vtilius erat sub Deo agere, & ab eo solo  
 regi, in quo omnia perfecte bona; an  
 sub aliis, & non omnino bonis, sed ad  
 vnâ aliquam rem ac solam idoneis,  
 quemadmodum nempe qui quæstuaris  
 artes exercent, faber ferrarius, verbi  
 gratia, ac figulus. Quanquam & hoc  
 quidem demonstrauerit, ipsos non esse  
 Deos. Enimuero qui re & natura Deus  
 est, res quædam intelligitur per bona &  
 in se perfecta, & ad vnumquodque eo-  
 rum quæ sua sunt nullius indigens, fons  
 & caput omnis boni. Quod vero non  
 ita se habet, sed vnum ac solum, idque  
 malignæ mentis inuentum gerit, quo  
 pacto tandem Deus esse intelligeretur?  
 At vel ex nostris rebus Græcicæ opi-  
 nionis foeditatem perspicere cuius li-  
 cet. Nam qui regni terreni folio subli-  
 mes sedent, & in omnes imperium  
 nacti sunt, quos e sua dititione sapientes  
 nouerint, & rerum præstantissimarum  
 peritos, eos prouinciarum rectores con-  
 stituunt, & magistratus insignibus exor-  
 nant. Qui vero præclaris adeo mu-  
 neribus honestati sunt, subditos gu-  
 bernant non suis, sed Regum eos re-  
 gentium legibus, illorumque nomen  
 summis passim laudibus euehunt, ac  
 regiæ dignitati debitum officium red-  
 dunt, vectigalia, tributa, stipendia;



eorum statuas erigunt & domi & forte publice, ipsoque spectaculo ciuibus perpetuam maiestatis principis memoriam obiciunt. Age ergo videamus, num. accepto a Deo, quemadmodum ait ille, principatu, tutelares Dii ac Dæmones, & Angeli praterea, honores ei seruaerint, adorationem, cultum, dona, gloriam, ac non illa suis potius capitibus imposuerint. Quanquam qui obscurum esse potest quod dixi? Plane enim homines abduxerunt, ne omnino cognoscerent quis natura ac vere vniuersorum opifex sit ac dominus: sibi autem honores arripiunt ab omnibus, sacrificia, festos dies, hymnos, gratiarum actiones, hominibusque persuaferunt, vt ipsorum cultui tantum incumberent. Quid igitur in templis simulacra, dixerit aliquis, non multiplici forma ac specie Dei gloriam impie lædunt? Naturam enim omni forma carentem, non forma tantum ac specie humanorum corporum, sed & brutorum animalium, natatiliū & volatiliū, figurarunt earum rerum artifices. At si præfides urbium Dii ac Dæmones hæc fecerunt, omnium parente Deo nihil aduersante; constabit vtique, cognosci a nobis profus nolle, & adorationem reuicere. Quo pacto igitur pios nos esse arbitramur quum illum adoramus, eoque vitæ genere colimus quæ ab ipso commendatur? Quomodo vero eius cognitioni potissimas partes tribuimus, & beatos esse dicimus eos, qui vel in speculo & ænigmate videant? At si Deus mortales errare noluit, illi vero hos in fraudem pertraxerunt etiam inuitos; quænam eos oratio affectata in Deum tyrannidis crimine liberabit? aut quibus non lacrymis prosequendi sunt qui in illud inciderint? Erant enim, in numerum sanctorum Angelorum olim adscripti, & supremorum spirituum choris allecti, beatam & sanctam vtique vitam degentes; sed, vt sacra Scriptura loquitur, non seruarunt suum principatum, & Dei consortio quasi valedicentes, in deteriora prolapsi sunt, ac fortem sibi attributam miseri repudiarunt, Deoq; debita subiectione reiecta, duri ac superbi à sanctorum multitudine separati sunt, diuisosque mortales ab omni virtute

Ατάς αὐτῶν ἐγείρῃσιν εἰκόνας, οἰκοῖτε καὶ δημοσίᾳ τάχα πᾶς, καὶ δι' αὐτῆς τῆς θεᾶς εἰς ὑπόμνησιν αἰετῆς ὑπὸ χεῖρα φέροντες τῆς τῆ κρατῆν τῆ ὑπεροχῆς. Φέρε δὴ ἔν καλαθρήσωμεν, εἰ τὸ ἀρχεῖν παραλαβόντες παρὰ θεῶν, καθά φησιν ἐκεῖν, οἱ πολιῆχοι θεοὶ, καὶ δαίμονες, ἀγγελοῖτε, πρὸς τῆτοις αὐτῶ τετηρηκασί. Πάσιμας, τὴν προσκωήσιν, τὸ σέβας, τὰς δωροφοεῖας, τὴν δόξαν, καὶ ἔχι δὴ μᾶλλον ταῖς σφῶν αὐτῶν ἀνατεθείκασι κεφαλαῖς. Καίτοι πῶς ἔν ἐναργῆς ὁπερ ἔφην; ἀπεικόμισαν γὰρ εἰς ἅπαν τῆς ἐπὶ τῆς γῆς, τῆ ἢ ὅλως εἰδέναί τίς ὁ φύσει ἢ ἀληθῶς τῶν ὄλων ἐσὶ δὴμιεργός ἢ δεασότης. Ἐαυτοῖς δὲ τὰ παρὰ πάντων ἀρπάξῃσι γέρα, τὰς φυσίας, τὰς ἐορίας, τῆς ὕμνης, τὰ χαριστήρια, ἢ τῆς αὐτῶν θεραπεῖας ἀνακείσθαι μόνως ἀναπεπείκασι τῆς ἐπὶ τῆς γῆς. Τί δὲ δὴ τὰ ἐν σηκοῖς ἔδῃ, φάη τίς ἂν, ἔ πολύμορφα ἢ πολυειδῆ τὴν δόξαν τῆ θεῶ ἀνοσίως περιυβρίζοντα; τὴν γὰρ ἀνείδεον φύσιν ὑπὸ σχῆμα μόνον ἢ εἶδος ἔν ἀθρωπέων σωματῶν, ἀλλὰ γὰρ ἢ ἀλόγων ζῶων νηκῶν τε ἢ πέλειων, καλεικάζειν ἤθελον οἱ τεχνεργῆντες αὐτά. Ἀλλὰ εἰ μὲν οἱ πολιῆχοι θεοὶ ἢ δαίμονες ταῦτα ἔδρων, ἔν ἀπαδόντως τῶ πάντων πατρὶ, δῆλον ἂν εἴη δὴ πᾶθεν ὡς ἀπόβλητον ποιῆται, ἢ τὸ γινώσκεισθαι πρὸς ἡμῶν ἢ ἀπαξιοῖ τὴν προσκωήσιν. πῶς ἔν εὐσεβεῖν οἰόμεθα προσκωῆντες αὐτῶ, ἢ διὰ τῆς ἐπαυγμένης παρ' αὐτῶ θεραπεύοντες ζωῆς; πῶς δὲ δὴ ἢ τὴν ἐπ' αὐτῶ θεωρίαν προύργια ἰάτην πεποιήμεθα, ἢ μακαρίζεσθαι φημῶν, τῆς καὶ ἔν γῆν ἐν ἐσόπτρῳ ἢ ἀνίγματι βλέποντας; Εἰ δὲ τῶ θεῶ ἀνεθέληον ἦν τὸ πλανᾶσθαι τῆς ἐπὶ γῆς, ἐκεῖνοι δὲ πρὸς τῆτο καὶ ἔχ ἐκόνας εἰλικον αὐτῆς. ποῖν αὐτῆς λόγῳ, τῆς κατὰ θεῶν ὑραυνίδος ἀπαλλάξει; ἢ ποῖον αὐτοῖς δάκρυον ἀρκέσει πεσῆσιν εἰς τῆτο; ἦσαν μὲν γὰρ ἐναριθμοὶ πότε τοῖς ἀγίοις ἀγγέλοις, καὶ τοῖς τῶν ἀνω πνευμάτων χοροῖς ἐγκαλεῖ λεγόμενοι, τὴν μακαρίαν ὄντως καὶ ἀβέβηλον διαδιδῆτες ζωῆν, ἀλλ' ὡς φησὶ τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν, ἔ τέληρηκασί τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, μονονεχι δὲ ἢ ἐρῶσθαι φράσαντες τῶ εἶναι μετὰ θεῶν, διωλιθῆκασιν ἐπὶ τὰ ἀισχίω, ἢ ἔκνεμηθέντα κληῆρον αὐτοῖς ἀφέντες οἱ δειλαῖοι, ἢ τὸ γέ δὴ δειν ὑποκείσθαι θεῶν παρῶσάμενοι ἢ σκληροὶ, ἢ ἀγέρωχοι, τ' ἢ ἀγίων πληθῦν ἀπενοσφίζον. διενείματο ὅτῃς ἐπὶ τ' γῆς ἢ ἀπάσης [ἀρετῆς]

αὐτὰς ἀποδοκλήσαντες, καὶ ἐκ ἐφίεντες ὅλως ἄ  
 εἰδέναι, καὶ γὰρ τίς ὁ φύσει καὶ ἀληθείᾳ τῶν ὄ-  
 λων ἐστὶ Θεὸς ἢ κύριος, ἢ τὸ κατὰ πάντων κράτος  
 ἔσιωδῶς ἀνημμένος, λατρεύειν ἀναπετείκασι  
 παρ' αὐτὸν τῆ κτίσει, ἐκάστω τε τῶν ἐθνῶν τὸ δοκῆν  
 ἀπλῶς καὶ ἀπερισκέπτως σέβας ἐπινοήσαντες  
 σηκοῖς ἐνιδρύσασθαι παρεσκευάσαν, καὶ βωμῶς  
 ἀναδείμασθαι, ἢ σπονδαῖς αὐτὰς ἢ θυσίαις κα-  
 ταγεραίρειν. Ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς ἦν, ἐμφύτοις κινή-  
 μασι παδαγωγούμενοι τὰς ἐπὶ τῆς γῆς, εἰς γε τὸ  
 δεῖν εἰδέναι τὸ ἀληθές, καὶ ἰχνῶ διανοίας κατεῖ-  
 δον τίς ὁ τῶν ὄλων ἐστὶ Θεὸς καὶ πατὴρ, ἀποφοι-  
 τῆσαι τε ἔτω τῆς ὑπ' αὐτῶν σκιαότητος, μετα-  
 μαθεῖν δὲ τὰ χεῖρω, καὶ ἀνθελέσθαι τὸ ὠφελεῖν·  
 ἀπάσης αὐτοῖς Φαυλότητος καθηγήσασθαι γεγονόσιν  
 καὶ διδάσκαλοι, καὶ πρὸς πᾶν ὅτι ἐν τῶν ἀπηχθη-  
 μένων θεῶ καλακομίζοντες ἔ διαλελοίπασιν· ἀ-  
 ναγκάειαν γὰρ αὐτοῖς ἐδόκει τὴν ἔχθραν ὡς μελα-  
 λαβέσης αἰετῆς ἀμαρτίας, ἀσυναφῆς τῷ Θεῷ  
 διαμείναι τὰς ἐπὶ τῆς γῆς. Ἐπειδὴ δὲ ὁ τῶν ὄλων κύ-  
 ριος καὶ ἡμιεργὸς τῷ Θεῷ λόγος ἀπάσης ἀγα-  
 θουργίας τὸν ἄνθρωπον ἀπεληλαμένον ὄρων, καὶ  
 τοῖς ὑπὸ χθόνα μυχοῖς ἀγεληδὸν ἐμπέπλοντα, ἐ-  
 πλάτυνε γὰρ ὁ ἄδης τὴν ψυχὴν αὐτῶν, καὶ διήνοιξε  
 τὸ σῶμα αὐτῶν μὴ διαλιπεῖν, καθὰ γέγραπται· ἐ-  
 πέφανεν ἡμῖν, καὶ τῆς ἐκείνων πλεονεξίας ἐξηγή-  
 μεθα· ἢ δὴ ἢ δυνάμεις ἀγίας ἢ λογικὰς λαχέ-  
 σασ μὲν παρ' αὐτῶν γενέσιν, ὑπεχέσασ δὲ δι-  
 χα μῶμα παντὸς τοῖς σκῆπτροις αὐτῶν τὸ φρό-  
 νημα, καὶ δεσποτικοῖς θελήμασιν ὑπερετεῖν ἐί-  
 ρισμένας, ἀνεπίπληκτῶν τε παντελῶς ἐν γε δὴ  
 σφίσι αὐταῖς τὸ εὐήκοον ἐχέσας συνασπίζειν  
 ἐκέλευε τοῖς ἀδικημένοις· ἔ τὸ ἀνακλι παθῶν  
 εἰς τὸ σῶζειν αὐτοῖς, πῶς γὰρ, ἢ πόθεν; ἀλλ' οἷόν  
 τις βασιλεὺς, γνησίοις ὑπάσπιταῖς ἐφίει, καὶ  
 βαρβαρικαῖς ἐφόδοις ἀντανίσασθαι, καὶ τῶν ὑπὸ  
 σκῆπτρα κειμένων ἀποσοθεῖν τὰς πλεονεξίας.  
 παρεμβαλεῖ γὰρ Φησὶν ἄγγελος κυρεῖς κύκλω  
 τῶν φοβεμένων αὐτὸν, ἢ ῥύσεται αὐτοῖς. εἰρηλα  
 δὲ καὶ διὰ Φωνῆς ἀγίων ὁσῶ παντὶ καὶ ἀγαθου-  
 γεῖν ἡρημένω, ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτῶν ἐντελεῖται  
 περὶ σε, τῷ διαφυλάξαι σε ἐν πάσαις ὁδοῖς  
 σε. καὶ μὴν καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος περὶ αὐ-  
 τῶν· ἔχῃ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα,  
 Φησὶν, εἰς διακονίαν ἀποσελλόμενα, διὰ τὰς  
 μέλλοντας κληρονομεῖν βασιλείαν. Καὶ αὐτοῖς  
 δὲ πρὸ Φησὶν ὁ τῶν ὄλων Κύριος ἢ Σωτὴρ· ὅψε-

longe abduxerunt, nec omnino scire  
 passi sunt saltem quis natura vereque  
 vniuersorum Deus sit ac Dominus, &  
 natura sua summo in res omnes imperio  
 praditus, ac præ ipso creaturam colere  
 persuaserunt, singulisque gentibus im-  
 missa cogitatione, ut temere atque in-  
 considerate quod visum esset colerent,  
 statuas in templis erigere perpulerunt,  
 & aras ædificare, & libationibus ac sa-  
 crificiis eos venerari. Quoniam autem  
 credibile erat homines naturæ impulsu  
 ad veri cognitionem instrui, & acumine  
 mentis perspicere quis Deus sit ac parens  
 omnium, atque ita ab illorum impro-  
 bitate discedere, & nequitia studio re-  
 licto, id quod vile est præferre; omnis  
 improbitatis duces ipsis fuerunt ac ma-  
 gistri, & ad quiduis Deo exosum trans-  
 ferre non destiterunt. Putabant enim  
 hi nunquam homines cum Deo conciliari  
 posse, quasi necessariam cum illo  
 peccatum inimicitiam susceperit. Post-  
 quam autem vniuersi Dominus & opi-  
 flex, Dei Verbum, hominem vidit omni  
 bene agendi studio destitutum, & in  
 profundum inferni gregatim ruere,  
*Dilatavit enim infernus animam suam,* Ier. 5.  
*Et aperuit os suum ne deficeret,* ut scri-  
 ptum est: apparuit nobis, & ab illorum  
 fraude liberati sumus. Et sane virtu-  
 tes sanctas & rationales, ortum ab illo  
 nactas, eius sceptris animum perfectissi-  
 me subdentes, & eius herilibus manda-  
 tis; obtemperare adsuetas, ac citra om-  
 nem plane reprehensionem obedien-  
 tes, nobis iniuriam passis opitulari ius-  
 sit: non quod seruandis impar foret,  
 qui enim aut vnde? sed non secus ac  
 Rex aliquis suis satellitibus mandat bar-  
 barorum incursionibus resistere, & sub-  
 ditorum cupiditates comprimere. Ca-  
 pit. 77.  
*strametabitur enim,* inquit, *Angelus Do-*  
*mini in circuitu timentium eum, & libe-*  
*rabit eos.* Dictum est autem & per vo-  
 cem sanctorum, omni sancto & rectam  
 vitam tenenti: *Quoniam Angelis suis*  
*mandabit de te, ut custodiant te in om-*  
*nibus viis tuis.* Quin & sapientissimus  
 Paulus de ipsis: *Nonne omnes sunt ad-*  
*ministratori spiritus in ministerium*  
*missi, propter eos qui heredes futuri*  
*sunt regni?* Et ipse alibi Dominus  
 omnium ac Seruator inquit: *γρ. σω-*  
*τηρια.*

Joan. 1.

*Videbitis calum apertum, & Angelos Dei ascendentes ac descendentes super Filium hominis. Hi implacabiles a nobis bel-luas abigunt, & illorum crudelitate captos eripientes, docent planum ac molle iter facere ad quiduis honestum ac laudabile. Hi nobiscum supremum omnium Dominum celebrant. Scriptum*

psal. 103.

*est enim: Benedicite Dominum omnes Angeli ejus, Benedicite Dominum omnes virtutes ejus, ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus. Hi cultus docent, & adorationem non sibi, sed soli, qui supra est, Deo deferre. Ex sacris autem scripturis eorum quæ dixi fidem vobis faciam. Gedeoni enim apparuit aliquando Angelus Domini, & dixit ad eum:*

Jud. 6.

*Dominus tecum erit, & percuties Madiam tanquam virum unum. Et dixit ad eum Gedeon: Si inveni misericordiam in oculis tuis, & facturus es mihi hodie quodcumque locutus es mecum, ne discesseris hinc, donec ego venero ad te, & obtulero sacrificium, & sacrificauero coram te: Et dixit: Ego sum, sedebam donec reuertaris. Et Gedeon ingressus est, & fecit caprarum bædum, & apbi farins, & azyma, & carnes posuit in cophino, & jus misit in ollam, & exportavit ea ad illum sub terebintum. Et appropinquavit. Et dixit ad eum Angelus Domini: Accipe carnes, & azyma, & pone ad petram illam, & additum jus effunde. Atque ita fecit. Quin & Manoe loquutus est olim per Angelum Deus, & aliquid euenturum vtiliter indicavit. Ita autem scriptum est rursus in libro Iudicum: Et dixit Manoe ad Angelum Domini: Detinea-mus te hic, & faciemus coram te bædum caprarum. Et dixit Angelus Domini ad Manoe: Si detinueris me, non edam de panibus tuis, & si feceris holocausta, Domino referes illud. Et accepit Manoe bædum caprarum, & sacrificium obtulit Domino super petram: & quum fecisset, discessit. Audis quo pacto volentes colere rerum omnium Dominum, eique honorem de iis quæ ad manum sunt habere, neutiquam sane prohibent: docent autem par non esse illos subditis & inter ministros adscriptis, sed Domino potius honores reddere.*

Judic. 13.

*Et dixit Manoe ad Angelum Domini: Detinea-mus te hic, & faciemus coram te bædum caprarum. Et dixit Angelus Domini ad Manoe: Si detinueris me, non edam de panibus tuis, & si feceris holocausta, Domino referes illud. Et accepit Manoe bædum caprarum, & sacrificium obtulit Domino super petram: & quum fecisset, discessit. Audis quo pacto volentes colere rerum omnium Dominum, eique honorem de iis quæ ad manum sunt habere, neutiquam sane prohibent: docent autem par non esse illos subditis & inter ministros adscriptis, sed Domino potius honores reddere.*

τὸν Φύσει καὶ ἀληθῶς διεκήρυξε Θεὸν, τὸν ἀνωτά-  
τω, καὶ ὑπὲρ πάντας, καὶ παντὸς ἐπέκεινα γενη-  
τῶ. καὶ τὸδε τὸ σύμπαν διαλεκτήνασθαι φη-  
σὶν αὐτὸν, δι' ἡδ ἐν πνεύματι, καὶ τῶτο ἡμῖν  
διὰ μακρῶν ἤδη σεσαφηνίσασθαι λόγων. Ὁ δὲ χρεῖσός

ἔτος ἰτὸν ἀνωτάτω τε καὶ ὑπὲρ πάντας καὶ παν-  
 τὸς ἐπέκεινα γενητῶ, καὶ τῆς καὶ πάντων κυριό-  
 τητος ἐσιωδῶς λαχόντα τὴν δόξαν, τοῖς ἀκαθάρ-  
 τοις δαίμοσι τιθεὶς ἐναριθμῶν ὁρᾶτε, Φησὶ, μή-  
 ποτε καὶ ἡμῖν ἔδωκεν ὁ Θεὸς, ὃς ὑμεῖς ἠγνοήκατε  
 Θεὸς τε καὶ προσάτας ἀγαθὸς, ὃδὲν ἐλάττωνας  
 τῶ παρα τοῖς Ἑβραίοις τιμωμένω. Ἀγαθὸς εἶπέ-  
 μοι προσάτας καὶ Θεὸς σαυτῶ τε καὶ τοῖς ὁμο-  
 γνώμοσι δεδόσθαι Φῆς; ποῖος ἄρα τίσιν ἐφε-  
 σηκότας τῶ ἔθνων; τοῖς τὴν Ταυρικὴν οἰκῶσι Χερ-  
 σόνησον, Σκυθαις ἄρα, καὶ τοῖς τῶν βαρβάρων ἀ-  
 πανθρωπολάτοις, οἷς καὶ παρ' ὃδὲν λελόγισαι τὸ  
 τιθασσόν τε καὶ πρᾶον ἐκτετίμηται δὲ τὸ δύσορ-  
 γον καὶ ἀκρατὲς, εἰς τρώπων ἀνοσιότητα, οἷς ἐν  
 δόξῃ τὸ μαιφονεῖν; Ἀλλὰ τοῖς Πέρσαις ἐπιπρο-  
 πεύοντα, οἷς ἐν λόγῳ καὶ περισπᾶσθαι τὸ μη-  
 τρογαμεῖν; Ἀλλὰ ναὶ Φησὶν Ἕλληνες τε καὶ Ῥω-  
 μαῖοι, χρηστοὶς τε καὶ ἀνθρωποπρεπέσι νόμοις  
 διοικῶνται, καὶ ἀρίστως ἔχουσι τὸς ἐπὶ πάντας  
 θεὸς ἢ δαίμονας. εἶτα, ὦ κράτιστε, πῶς ἔχῃ-  
 πασιν ἀγαθὸς παιδαγωγὸς ἐφέσθαι ἀμεινον  
 ἢν δὴ καὶ σοφὸν, χρηστὸς τε καὶ πρᾶος, καὶ ἀ-  
 γαθὸς γὰρ; πρὸς εὐκλείας γὰρ ἦν τὸ χεῖμα  
 θεῶ. καὶ ἐπέπερ ἐσὶν ἀγαθὸς, πῶς ἐκ ἀναγκῶν  
 εἶναι Φῆς, παντὸς ἀγαθὸς τοῖς ὑπὸ σκῆπτρα  
 Φαίρεσθαι βραβευτῆν; Ἀλλ' εἰ μὲν εἶη, Φησὶν, ὁ  
 παρα τοῖς Ἑβραίοις τιμωμένω, καὶ ἕνα τῶ ἀλ-  
 λων μεμετρημένην ἔχων τὴν ἀρχὴν, ἡμεῖς  
 ἐλάχομεν τὸς ἀμεινὸς εἰ δὲ ὁ προσεχῆς εἶη τῶ  
 κόσμῳ δημιουργός, βέλτιον ἡμεῖς ὑπὲρ αὐτῶ  
 διανοήθημεν. Καλαβιδάζει μὲν ἐν ὧς ἐν δευτέ-  
 ρα τάξει τε καὶ φύσει τῶ πρώτῳ τὸν προσεχῆ τῶ  
 κόσμῳ δημιουργόν. προαναθέντες γὰρ αὐτῶ  
 τ' Ἀγαθὸν, ἀτρεμεῖν τε αὐτό Φασι, καὶ τῆς  
 ἐν ἡμῖν φροντίδω ὀλοτρόπως ἀποσοδήσαν-  
 τες δεύτερον ἐπινοῶσι Θεόν, ὃν καὶ προσεχῆ κα-  
 λῶσι τοῖς κτίσμασιν. ἀλλ' εἶπερ ἔτος εἶη, Φησὶ,  
 βέλτιον ἡμεῖς ὑπὲρ αὐτῶ διανοήθημεν. Τὸ μὲν  
 ἐν ἠγνομεθεῖν περὶ τῶτων αὐτῶ, παρήσω τέως.  
 Φραζέτω δὲ, ὅπως βέλτιον ὑπὲρ αὐτῶ δια-  
 νενοήνται θεοῖς ἑτέροις καὶ ἀριθμῶ κρείττοσιν ἐκ-  
 νενεμηκότας τὴν καὶ τῶν ἔθνων βασιλείαν. καὶ τοῖ  
 πῶς ἐκ ἀμεινον αὐτῶ τὸ πάντων κρατεῖν, καὶ  
 ταῖς παρα πάντων εὐφημίας καταρελαίρεσθαι;  
 Πῶς δὲ καὶ φίλον αὐτῶ, τὸ παρά τινων τὰ ἔθνη  
 παιδαγωγείω, καὶ ἔκαλά γε τὸ ἀρέσκον αὐτῶ  
 διαβιώναι δὲ ἔτως, ὡς εἶπερ ἐσὶν ἐν λόγῳ τὸ  
 ἀγαθὸν αὐτῶ, καὶ καλαθήγεσθαι πρὸς ὄργας

A iste, supremum illum omnium rerum  
 creatarum principem, qui natura sua  
 dominatur omnibus, impuris Dæmoni-  
 bus adnumerans: Videte, inquit, num-  
 quid etiam nobis Deus præferat Deos  
 ac præfides bonos, qui vobis ignoti sunt,  
 nihilo minores eo quem Hebræi colunt.  
 Bonos obsecro præfides ac Deos datos  
 esse tibi, tuique similibus, ais? Quales  
 vero quibusnam gentibus præpositos?  
 An iis quæ Tauricam Chersonesum in-  
 colunt, Scythis nempe, & quotquot  
 reliquas gentes immanitate superant,  
 quibus pro nihilo quoque est humani-  
 tas atque benignitas, in pretio autem  
 furor & intemperies ad morum impro-  
 bitatem, & laudi sunt homicidia? An  
 Persis præfectos, apud quos laudabile &  
 expetendum est matribus iungi? Enim-  
 vero Græci, inquit, ac Romani bo-  
 nis & humanæ societati aptis legibus re-  
 guntur, ac optimos præ omnibus Deos  
 habent aut Dæmones. At, o bone,  
 nonne melius erat ac sapientius bo-  
 nos, æquos, faciles & benignos omni-  
 bus magistratos præficere? Id enim ad Dei  
 gloriam pertinebat: qui quum bonus sit,  
 quomodo non ais necessarium esse, vt  
 suis bonum quodcunque largiatur? Ve-  
 runtamen, inquit, si Deus, qui ab He-  
 bræis colitur, vt aliorum vnus, defini-  
 tum habeat imperium, nos præstantio-  
 res nacti sumus: sin autem proximus sit  
 mundi opifex, nos de illo melius sensim-  
 us. Deducit igitur velut in secundam  
 a primo & classem & naturam prox-  
 mum mundi Opificem. Bonum etenim  
 ei præponentes, immotum illud  
 esse aiunt, & prouidentia omnino re-  
 pudiat alterum Deum comminiscun-  
 tur, quem proximum creaturis appel-  
 lant. Sed si hic sit, inquit, nos melius  
 de illo sensimus. At de his subtilius  
 disputare nunc prætermittam. Dicat  
 vero, quo pacto de illo melius senser-  
 rint, Diis aliis ac propemodum immu-  
 meris imperium in gentes tribuendo.  
 Annon enim satius esset ipsum om-  
 nes imperio continere, omniumque vo-  
 cibus celebrari? Qui fit autem vt gentes  
 ab nonnullis, ac non suo nisi potius  
 institui velit; sic autem viuere, vt, si  
 quam habet ipse boni rationem, etiam  
 excandescat, nemine ei obtempe-

obtemperare curante? Iam quod nostri doctores præstiterint Græcorum legislatoribus, aut sapientibus doctoribusque, opportune docebimus. Insuper porro suis commentis, & quasi mendacio patronum se locauerit, rursus ait:

IULIANVS.

Quod dicebamus igitur, nisi unicuique genti Deus aliquis præpositus esset, & huic subditum Angelum, & Dæmonem, ac animarum peculiare genus subseruiens ac subministrans potioribus, in moribus ac legibus differentiam positurum fuisse, ostendatur ab alio quo pacto hæc fuerint. Etenim haud sufficit dicere: *Dixit Deus; & facta sunt*: verum etiam oportet Dei mandatis eorum quæ fiunt naturas consentire. Quod autem dico clarius explicabo. Iussit Deus, verbi gratia, ferri sursum ignem, terram autem deorsum; annon ut Dei mandatum fieret, oportebat illum quidem leuem esse, hanc vero pondere grauem? Ita etiam de reliquis similiter. Et post alia. Eodem modo & de diuinis. Causa vero est, quia hominum corruptibile est & caducum genus. Iure igitur eorum opera quoque corruptibilia, & mutationi ac conuersioni prorsus obnoxia. At quum Deus sit æternus, talia decet etiam esse mandata. Talia vero quum sint, aut ipsa natura sunt rerum, aut rerum naturæ consentiunt. Quomodo enim natura Dei mandato pugnaret? Quomodo vero ab illa consensione excideret? Igitur & si ut linguas, ita etiam respublicas gentium iussisset confundi & inuicem non consentire: non mandato solum id præstitisset, sed nos ad hanc discrepantiam natura etiam comparasset. Oportuisse enim primum differentes subesse naturas eorum, quæ inter gentes discrepare debebant. Spectatur id certe quoque in corporibus. Si quis perspiciat, Germani & Scythæ quantum a Pœnis & Æthiopicibus differant; an hoc etiam nudum est mandatum, & nihil aer, nihil regionis ad cælum respectus ac positio confert?

CYRILLVS.

Abunde mihi videor ostendisse causam morum legumque differentia, ob quam gentes aliæ ab aliis diuersæ inter se discrepant. Voluntatum enim inclinationi & disciplina

Απεφροντικός ἔδενός τῶν ἐν αὐτῷ θελημάτων; ὅτι δὲ τῶν παρ' Ἑλλησι νομοθετῶν ἢ τοισοφῶν τε καὶ διδασκάλων ἀσυγκρίτως ἀμείνους οἱ παρ' ἡμῖν ἐπὶ καιρῷ διδάξομεν. Ἐνιστάμεν δὲ τοῖς ἰδίοις εὐρήμασι, καὶ οἷον ἀπομιμῶσας ἑαυτὸν τῷ ψεύδει συνήγορον, ἔφη πάλιν.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ὅπερ ἔν ἐλέγομεν, εἰ μὴ καθ' ἕκαστον ἔθνος ἐθναρχῆς τις ὁ θεὸς ἐπιτροπεύων ἦν, ἀγγελός τε ὑπ' αὐτῷ καὶ δαίμων, ἢ ψυχῶν ἰδιόζον γένος ὑπηρετικὸν ἢ υπεργικὸν τοῖς κρείττοσιν, ἔθετο τὴν ἐν τοῖς νόμοις ἢ τοῖς ἡθεσι διαφορότητα, δεικνύσθω παρ' ἄλλῃ πῶς γέγονε ταῦτα. Καὶ γὰρ εἰ ἀπόχρη λέγειν, εἶπεν ὁ θεός, ἢ ἐγένετο. ὁμολογεῖν δὲ χρῆ τοῖς ἐπιτάγμασι τῶν θεῶν γινόμενων τὰ φύσεις ὁδὲ λέγω σαφέτερον ἐρῶ. Ἐκέλευσε θεὸς ἀνω φέρεσθαι τὸ πῦρ εἰ τύχοι, κάτω δὲ τὴν γῆν· ἔχ' ἵνα τὸ πρόσταγμα τῶν θεῶν γένηται, τὸ μὲν ἐχρῆν κῆφον εἶναι, τὸ δὲ βρῖθειν; ἔτω καὶ ἐπὶ τῶν ἐτέρων ὁμοίως, καὶ μεθ' ἕτερα· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν θείων. Αἴτιον δὲ, ὅτι τὸ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐπίκηρόν ἐστι καὶ φθαρτὸν γένος. εἰκότως ἔν αὐτῷ φθαρτὰ καὶ τὰ ἔργα, καὶ μεταβλήτα, ἢ παντοδαπῶς τρεπόμενα. τῶν θεῶν δὲ ὑπάρχοντος αἰδῆς, ἢ τὰ προσάγματα τοιαῦτα εἶναι προσήκει. Τοιαῦτα δὲ ὄντα, ἢ τοῖς φύσεις εἰσὶ τῶν ὄντων, ἢ τῇ φύσει τῶν ὄντων ὁμολογούμενα. πῶς γὰρ ἂν ἡ φύσις τῷ προσάγματι μάχοιτο τῶν θεῶν; πῶς δ' ἂν ἔξω πίπτοι τῆς ὁμολογίας; ἔκ' ἂν καὶ προσέταξεν ὡς περ τὰς γλώσσας συλχυθῆναι καὶ μὴ συμφωνεῖν ἀλλήλαις, ἔτω δὲ καὶ τὰ πολιτικά τῶν ἔθνων, ἔκ' ἐπιτάγματι μόνον ἐποίησεν αὐτὸ, καὶ πεφυκέναι δὲ ἡμᾶς πρὸς ταύτην κατεσκέυασε τὴν διαφωνίαν. ἐχρῆν γὰρ πρῶτον διαφορῆς ὑπεῖναι φύσεις τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι διαφορῶς ἐσομένων. Ὁραταί γ' ἐν τῷτο καὶ τοῖς σώμασιν, εἰ τις ἀπίδοι Γερμανοὶ ἢ Σκύθαι Λιβύων καὶ Ἀιθίοπων ὁπόσον διαφέρουσιν· ἄρα καὶ τῷτο ἐστὶ ψιλὸν ἐπίταγμα, καὶ ἔδεν ὁ αἶψ, εἰ δὲ ἡ χώρας τῷ πῶς ἔχειν πρὸς τὰ ἐξάνια θέσις συμπράττει;

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Τὴν μὲν ἔν αἰτίαν τῆς τ' ἔθων τε καὶ νόμων διαφορᾶς, καθ' ἣν ἀλλήλων τὰ ἔθνη πρὸς ἑτεροῖς ἔχειν ἀπονοσφίζεται, διαρκέσατά μοι φάναι δοκῶ. ταῖς γὰρ ῥοπαῖς τῶν προαιρέσεων,

καὶ ταῖς ἐκ προγόνων παιδαγωγίας ἀνατεθεί-  
καμεν τὸ ἔγωγε καὶ κενῶς διαβίῃν εἰθίστα  
τινάς. Συλλήφεται δὲ πρὸς τὸτο ἡμῖν ὁ διαβόη-  
τος ἐν σκηναῖς, ἢ τὰ πολλῶν τραγωδίας πα-  
θεῖ, τὸν Σοφοκλέα λέγω, γέγραφε γὰρ ὧδε·

Πόλις γὰρ ἐστὶ πᾶσα τῶν ἡγεμένων,  
στρατός τε ζύμπας οἱ δ' ἀκοσμεῖντες  
βροτῶν,

Διδασκάλων λόγοισι γίνονται κακοί.

Ἀκούεις ὅτι τὸ ἀκοσμεῖν, αὐθαρέτων ἢ ἐκ διδα-  
σκάλων, καὶ ἐκ ἐξ ἀνάγκης φυσικῆς τισὶν ἐπι-  
συμβαίνει. Εἰ δὲ δὴ, καθά φησιν ἄνθρωπος, τὸ τὰ ἔθ-  
νη ἐκνεμεῖσθαι ἐθναρχαῖς θεοῖς καὶ δαίμοσιν  
ἐπιτρόποις, τὴν ἐν τοῖς νόμοις καὶ τοῖς ἡθεσὶν ἔ-  
θελο διαφορέτηλα, φραζέται δὴ πάλιν ἐρησο-  
μα γὰρ, πότερα τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἡθεσί τε καὶ  
νόμοις ἐκ ἐθελοληθῆ προσηνεύκασιν οἱ πολιτῆ-  
χοι δαίμονες ἑτερογνωμονεῖτες αὐτοῖς ἡγεῖν  
τοῖς κρείττοσιν οἱ ὑπ' αὐτῶν ἡττώμενοι, καὶ ὑ-  
πέκειναι ἡναγκασμένοι, κατὰ γε τὸ ἐκείνοις δο-  
κῆν διαζῆν ἀνεπίθουλο, καὶ ἔχι δὴ μᾶλλον  
ταῖς ῥοπαῖς τῶν ἰδίων θελημάτων ἐπὶ τὸ δράν  
ἤσαν τὰ παρ' ἐνάσοις τελιμημένα. Εἰ μὲν  
ἐν τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἡθεσί τε καὶ νόμοις συν-  
νήχθησαν οἱ θεοί, καὶ ἀβέλητον ἦν αὐτοῖς τὸ  
χεῖμα πεπαυδαγώγηται μᾶλλον, ἢ νενική-  
κασιν αὐτοῖς, καὶ τοῖς ὑπὸ χεῖρα καταζεύξαν-  
τες τὸν ἀρχεῖνα, δι' αὐτῶν ἐλέγχουσαι τῶν πρα-  
γμάτων. Εἶτα πῶς ὑπέλθει τὰ ἔθνη Θεὸς τοῖς  
ἐκ εἰδόσιν ἢ δυναμένοις ἀποκομίζεν αὐτὰ  
πρὸς τὸ πᾶν γνώμην αὐτοῖς; τί ἐντεῦθεν ὄφελος  
διδασκίτω. εἰ δὲ τοῖς τῶν ἐθναρχῶν νόμοις ἐπε-  
ταί τὸ ὑπήκουον, ἀναλεθεὶν εἰκότως αὐτοῖς, τὰς  
αἰτίας τῆς τῶν ἐθνῶν ὡς ἐν ποιότητι τρόπων τε  
καὶ νόμων, πλείους τε ὄσης καὶ ἀνομοῖς δια-  
φοραῖς. Οὐκ ἔν ἐν τοῖς πολιτῆχοις ἡγεῖν ἐθ-  
ναρχαῖς θεοῖς καὶ δαίμοσιν, εἰεν ἀνοίτρα χεῖς ἢ  
ἀνήμεροι, δύσοργοί τε καὶ μιαιφόνου, καὶ τὰ  
πάντων χεῖρις τῶν κακῶν ἀγαπᾶν ἡρημένοι.  
ὅποια γὰρ ἂν ὄρατο τὰ ὑπερξυγμένα τῶν ἐθ-  
νῶν, τοῖς τε ἀνάγκη νοεῖσθαι τὰς ἐφεσηκότας. Εἶ-  
τα ἐκ ἐναργῆς κατὰ Θεὸν δυσφημία τὸ τοῖς  
ᾧδε βδερυρωλάτοις καὶ πρὸς πᾶν ὅτις τῶν  
ἐλλόπων ἀποκομίζεν εἰδόσι, καθυφῆναι λέ-  
γειν ἀπανίας τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὸ ἐπὶ τῶν  
των δυσφορηότερον. Ἔδει γὰρ, φησὶ, διαφο-  
ρας ὑπεῖναι φύσεις τοῖς μὴ ὁμοίως ἐσομένοις,

A maioribus accepta illam vitæ morum-  
que dissimilitudinem tribuimus. Quam  
in rem nos iuuabit ille celebratus in  
scena, & qui multorum casus per Tragœ-  
dias decantauit; Sophoclem dico, scrip-  
psit enim in hunc modum:

*Ciuitas enim omnis est ducum*

*Exercitusque omnis: Et qui mortales*

*inter perperam agunt*

*Magistrorum sermonibus mali fiunt.*

B Audis, a voluntate cuiusque & magistris  
proficisci, non autem naturali necessita-  
te vlli contingere, vt perperam agat.  
Sin autem, vt ait ipse, ex eo quod gen-  
tes distributæ sunt Diis ac Damonibus  
singularum gentium tutelaribus ac præ-  
sidibus, in moribus ac legibus discrimen inductum est, dicat rursus amabo.  
Percontabor enim, vtrum moribus ho-  
minum ac legibus inuiti annuerint vr-  
bium tutelares Damones, quum ipsi ali-  
ter sentirent; an vero qui eis subsunt  
potioribus cedere coacti illorum arbi-  
trio viuere persuasi sint, non autem  
suapte nutu ad ea facienda se contule-  
rint, quæ vnicuique cordi erant. Si  
ergo hominum mores ac leges Dii se-  
cuti sunt, idque fecerunt inuiti; alieno  
ductu peruenerunt ipsi potius quam vi-  
cerunt, & subditis cervicem subiecisse  
rebus ipsis arguuntur. At quomodo  
subiecit Deus gentes iis, qui nesciant  
aut non possint in sententiam suam i-  
pfas adducere? Quidnam inde sit com-  
modi, nos edoceat. Quod si præfecto-  
rum suorum leges subditi sequuntur,  
his iure merito referenda caussa est plu-  
rimi illius ac diuersi in ratione morum  
& legum discriminis. Proinde inter  
tutelares aut gentium præfectos Deos  
ac Demonas erunt asperi, truces,  
iracundi, crudeles, & ad pessima quæ-  
que suscipienda comparati. Quales  
enim spectantur subdita gentes, tales  
necessario præfecti cogitandi. Porro  
nonne manifestum est in Deum con-  
uitium, adeo impuris, & ad o-  
mne probrum præeuntibus, vniuersos  
homines subiicere, aliudque  
his intolerabilius addere. Oportebat enim, inquit, differentes sub-  
esse naturas iis in quibus e-  
rat dissimilitudo futura, vt Dei



mandatis res congruerent. Numquid ergo, sicuti necessarium erat leuem esse natura ignem, vt sursum ferri posset, terram autem grauem, vt depressa iaceret, subsideretque: eodem modo nonnullos homines improba natura esse oportebat, itaque ab Opifice fieri, propterea quod necesse erat illos subiici praefectorum arbitrio? Quanam vero satis illi oratio patrocinari poterit, si ab aliquo sanae mentis in disceptationem voceretur? Quomodo enim omnium creatorem defendet, quominus iure merito rideatur, siquidem malarum est naturarum auctor? Nam si praeter voluntatem eo adductum ipsum dicit, subditur forsitan alicui potiori, & cui sit cogendi potestas, & est aliquid ipso praestabilius; sin autem minime praeter voluntatem, sed sua sponte eo adductum contendit, quomodo bonus est, & ex bono? Sic enim de illo Plotinus; neque suam magis quam Platonis explicat sententiam: Causa vero, qua mense est, patrem ait ipsam Bonum, & id quod est ultra mentem, & supra substantiam: plerumque vero Ens, & Mentem, Ideam appellat, Quocirca Platonem nouisse, ex Bono quidem Mentem, & ex Mente Animam existere. Et hos sermones non nouos, neque nunc natos esse, sed olim quidem obscurius esse dictos, at voces harum eorum interpretes esse testatur. Si ergo patrem Opifici ait esse Bonum, naturas autem fecit non bonas; ad Bonum ipsum conuictum redit, idque tanquam proximi mundi Opificis interuentu. Sic enim ille dicere videtur. Ceterum miror ipsum corporum colores accipere, vt demonstrat hinc intelligendum esse diuersam gentibus naturam inesse. Quod si quid in hoc vere sentire & dicere putat, non animaduertit se peccare. Oporteret enim sane, vt arbitrator, omnes quotquot sunt vnus coloris, vnus & eiusdem esse sententia: et si quis albo colore bonus esset, neminem bonum qui non esset huiusmodi; sin autem fuscus ac niger itidem bonus esset, neminem proinde bonum qui albo corpore praeditus esset. An non igitur ridicula sunt ista? Nonne temere has nugae effudit, & extremae confusionis plenissimos sermones eructat? quo-

Αἰὲν ὁμολογῆ τὰ πράγματα τοῖς θεοῖς θεοπίσ-  
μασιν. ἄρ' ἐν ὡς περ ἀναγκαῖον ἦν καὶ φόν τε εἶναι  
καὶ φύσιν τὸ πῦρ, ἵνα τὸ ἄνω φέρεσθαι λάχῃ  
διαβριθῆ δὲ τὴν γῆν, ἵν' ἔχη τὸ κάτω κείσθαι,  
καὶ μένειν ἄν καὶ τὸν ἴσον τρόπον, καὶ φύσεως κακῆς  
εἶναι τῶν τελευτῶν ἐν ἀνθρώποις τινὰς, ἕτω  
τε γενέσθαι παρὰ θεοῦ δημιουργοῦ, διὰ τοιοῦτο χρεῖ-  
ναι τοῖς θελήμασι τῶν ἐθναρχῶν ὑποφέρεσθαι;  
Καὶ ποῖος αὐτῷ λόγος ἀρκέσει πρὸς ἐπικρίαν  
Βεῦθυνομένω πρὸς τινος ἴσθητα φρονεῖν εἰωθότων;  
πῶς ᾗ τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν ἀπαλλάξει τῶ  
κατεσκευασθαι δεῖν, καὶ μάλα εἰκότως, εἰδὴ φαύ-  
λων ἐστὶ φύσεων ποιητής; Εἰ μὲν ᾗ ἀνεθελήτως  
εἰς τὸτο παρήχθαι φησὶν αὐτὸν, ἠτῶτα ταχὺ  
πρωτὸς ἀνεσηκός τε καὶ πρῶτος, καὶ καλα-  
διάζεσθαι δυναμένος, καὶ ἐστὶ τὸ ἀμεινον αὐτῷ.  
εἰ δὲ ἤμισα μὲν ἀβελήτως, ἐθελουρῶν δὲ πρὸς  
τὸτο ἐλθεῖν διατείνεσθαι πῶς ἀγαθός ἐστι, καὶ ἐκ  
ἰσογαθῶ; φησὶ ᾗ ἕτω Πλωτῖνῳ περὶ αὐτῶ, καὶ  
C ἐκὶ ἰδίαν μάλλον, ἀλλὰ τὴν Πλάτωνος διερμη-  
νεύει δόξαν τῶ δὲ αἰτίῃ καὶ ὄντος, πάλῃ φησὶ  
τ' ἀγαθόν, καὶ τὸ ἐπέκεινα τῶ, καὶ ἐπέκει-  
να ἰσῆας; πολλαχῶ δὲ τὸ ὄν, καὶ τὸν Νῦν,  
τὴν ἰδέαν λέγει. ὡς τε Πλάτωνα εἰδέναι  
ἐκ μὲν τὰγαθῶ τὸν νῦν ἐκ δὲ τῶ καὶ τὴν  
ψυχῆν. καὶ εἶναι τῶς λόγους τῶς μὴ κα-  
νῶς, μηδὲ νῦν, ἀλλὰ πάλαι μὲν εἰρησθαι μὴ  
ἀναπεπταμένους. τῶς δὲ νῦν λόγους, ἐξηγη-  
τῶς ἐκείνων γεγονέναι μαρτυρεῖ. Εἰ τοίνυν πατέ-  
D ρα φησὶ γενέσθαι τὰγαθόν τῷ δημιουργῷ, δε-  
δημιουργηκε δὲ φύσεις ἐκ ἀγαθῶς, ἀνεῖσιν ὁ  
μῶμος ἐπ' αὐτὸ τὰγαθόν, ὡς διὰ μεσίτη λέ-  
γω, τῶ προσεχῶς τῷ κόσμῳ δημιουργῶ. δο-  
κεῖ γὰρ ἕτω λέγειν αὐτῶ. Θαυμάζω δὲ ὅτι  
καὶ τῶν σωμάτων τὰ χρώματα πρὸς ἀπόδει-  
ξιν δέχεσθαι τῶ χρεῖναι καλανοεῖν, ὡς διάφο-  
E ρῶ τοῖς ἔθνεσι φύσις ὑπεσθαι; εἰ δὲ οἶσθαι τι  
τῶν ἀληθῶν ἐν γε δὴ τῶτο φρονεῖν καὶ λέγειν,  
ἐκ ἀσθένειαι πλημμελῶν. ἐχρεῖν γὰρ δὴ  
πρ, καθάπερ ἐγῶμαι, τῶς ἐνός ὄντας χρώμα-  
τος, ὁμογνωμονεῖν ἀλλήλοις ἀπαντας, καὶ συμ-  
φέρεσθαι τοῖς φρονήμασι καὶ εἰ μὲν τις εἶη  
λευκόχρους καὶ ἕτος ἀγαθός, μηδεὶς ἀγαθός  
τῶν μὴ τοιούτων. εἰ δὲ δὴ φαιός τε καὶ μέ-  
λας ἀγαθός ὁμοίως, μηδεὶς ἀγαθός τῶν ἐν λευ-  
κότητι σώματος. Ἄρ' ἐν ἕ γέλως ἤδη ταυ-  
τί; ἕ πεφλυάρηκεν εἰκῆ, καὶ χυδαμότη; ἕ  
ἕσχάτης, καὶ ἐκμεμεσσωμένους λόγους ἐρεῦγείαι;

εἶτα πῶς τὸ ἀμφίλογον; καὶ ἀφρασύνηται ἂν  
 δὲ τῶν δογμάτων τῆς εὐσεβείας, ἢ τὸν ἱερὸν συ-  
 νοφαντεῖ Μωσέα. οἶεται δὲ ὅτι πεφρόνηκε τὰ  
 αὐτῶν, ἢ πεπλάνηται, καὶ ψευδοπεῖ, καὶ πα-  
 ρασημαίνει τὴν ἀλήθειαν. Ἐφη ᾤδω πάλιν

## ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ὅτι δὲ ὁ Μωσῆς εἰδὼς ἐπεκάλυψε ἢ τοιῶ-  
 τον, ἔδδὲ τὴν τῶν διαλέκτων σύγχυσιν ἀνατέ-  
 θεικε τῷ Θεῷ μόνον. Φησὶ ᾤδω αὐτὸν ἕμνον κατ-  
 ελθεῖν, ἔδδὲ ἕνα συγκατελθεῖν αὐτῶν, πλείο-  
 νας δὲ, καὶ τέτρες οἱ τινες εἰσὶν ἔνι εἶπεν εὐδη-  
 λον δὲ ὅτι παραπλησίως αὐτῶν τῶν συγκαλιόντας  
 ὑπελάμβανε. εἰ τοίνυν πρὸς τὴν τῶν δια-  
 λέκτων σύγχυσιν ἔχῃ Κύριον μόνον, ἀλλὰ ἢ  
 οἱ σὺν αὐτῶν τὰς διαλέκτους συγχέοντες, εἰκό-  
 τως ἂν ὑπολαμβάνοντο ταύτης εἶναι τῆς δια-  
 σάσεως αἴτιοι.

## ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Οὐκ ἔνι ἐναργῶς ἀμολόγηκεν, ἔδδὲ ὅσον  
 εἶπεν ἐλέσθαι Μωσέα συγκαταφοιτῆσά τινας  
 τῶ Θεῷ πρὸς τὴν τῶν διαλέκτων σύγχυσιν,  
 πλὴν ὅτι τῆτι δὴ ἢ μόνον τὸ, δεῦτε, καὶ κατα-  
 βάντες συγχέωμεν αὐτῶν ἐκείτας γλώσσας. Εἶ-  
 τα πῶς αὐτὸς τὸ δοκῆν μαντεύεται, καὶ Θεὸς  
 εἶναι παραπλησίως, ἢ ἴσος αὐτῶν ἐν δόξῃ τῶ  
 καὶ φύσιν Θεῶν, τῶν καθικομένων Φησὶ; καὶ τοι-  
 καὶ μάλα σαφῶς καὶ ἔχῃ ἅπαξ, ἀλλὰ πλει-  
 σάνκις ὁ Θεοπέσιος Μωσῆς, κατηγορεῖσε μὲν τῶν  
 ψευδωνύμων Θεῶν ἕνα δὲ καὶ μόνον δεῖν ἔφη  
 προσκυνεῖν. Κύριον ᾤδω, Φησὶ, τὸν Θεόν σε προσ-  
 κυνήσεις, καὶ αὐτῶ μόνῳ λατρεύσεις. ἢ πάλιν.  
 ὁ θυσιάζων θεοῖς ἑτέροις ἐξολοθρευθήσεται,  
 πλὴν κυρίῳ μόνῳ. ἔφη δὲ καὶ ἐκ προσώπου  
 Θεῶν. ἔνι ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμῶ.  
 Εἶτα πῶς οἶδε Θεὸς ἕτερος συγκαλιόντας τε  
 ἢ συμπεπραχότας τι τῶ καὶ φύσιν καὶ ἐνὶ καὶ  
 μόνῳ ἢ ἀληθινῶ; ἀλλὰ ᾤδω πῶς, τὸ, δεῦτε Φησὶ  
 ἢ τὸ, καταβάντες, τὸ φεκεν ἔφῃ ἕνός; ἢ ἠγνόηκεν  
 ὁ Μωσῆς ὅτι Θεὸς εἷς, ἢ τοι μίᾳ φύσιν Θεότητος  
 ἐν ἀγία καὶ ὁμοσίῳ Τριάδι προσκυνεῖται, ἐν  
 τε τῶ πατρὶ, Φημί, καὶ τῶ υἱῶ, καὶ τῶ ἀγίῳ  
 πνεύματι. εἰ γὰρ καὶ τῶν ὀνομασμένων ἕκα-  
 στον προσώποις τε ἢ ἰδικαῖς ὑποσάσεσι, τῶ  
 ὅπερ ἐσὶν, εἶναι πισεύεται Πατὴρ ᾤδω ὁ Πατὴρ,  
 ἢ Ἰὼς ὁ Ἰὼς, καὶ Πνεῦμα τὸ Πνεῦμα. ἀλλ᾽  
 ἐν ἢ τῆς ἑσίας ταυτότης συλλέγει πρὸς ἕνωσιν.  
 Ὅτι δὲ ἢ οἱ αὐτῶ διδάσκαλοι, οἶδὲ μάλισα δο-

quomodo hoc demum ambiguum? At  
 contraprietatis placita arrogantius insul-  
 tat, & sanctum Mosem calumniis appe-  
 tit, eodemque secum opinionis errore  
 ac mendacio implicitum fuisse, & adul-  
 terare veritatem existimat. Sic enim  
 ait rursus:

## IULIANVS.

Quod autem Moses istiusmodi quo-  
 que rem sciens obscurarit, neque lin-  
 guarum confusionem Deo tantum tri-  
 buerit, (ait enim, ipsum non solum  
 descendisse, neque vnum tantum cum  
 eo, sed plures descendisse, & qui sint  
 illi, reticuit) manifestum est, similes  
 Deo putasse eos, qui vna cum ipso de-  
 scenderunt. Si ergo ad linguarum con-  
 fusionem non solus Dominus, sed & alii  
 cum ipso erant linguas confundentes,  
 iure auctores huius discriminis esse cen-  
 sebuntur.

## CYRILLVS.

Igitur aperte confessus est, ne Mo-  
 sem quidem dicere voluisse, quosdam  
 Deos vna cum Deo ad linguas confun-  
 dendas descendisse, sed hoc solum: *Ve-  
 nite, & descendentes confundamus ibi lin-  
 guas eorum.* At quomodo demum quod  
 lubet addiuvat, & Deos illos, qui de-  
 scenderunt, similes ei, qui natura Deus  
 est, & eius maiestati pares ait? Nam di-  
 fertis omnino verbis Moses diuinus, non  
 semel, sed multoties, falsi nominis Deos  
 reprehendit, vnum vero ac solum ado-  
 randum esse dixit. *Dominum, enim in-*  
*quit, Deum tuum adorabis, & illi soli ser-*  
*uias.* Et rursus: *Qui sacrificat Diis alie-*  
*nis, exterminabitur, praterquam Domino*  
*soli.* *Quin* & ex persona Dei dixit: *Non*  
*erunt tibi Dei alieni prater me.* Iam quo  
 pacto nouit Deos alios vna cum vno  
 vero ac natura Deo descendisse, eique  
 adiutores aliqua in re extitisse? At enim  
 quomodo, inquit, *Venite, &, descenden-*  
*tes,* de vno posuit? Non latuit Mosem,  
 Deum vnum esse, aut vnam diuinitatis  
 naturam in sancta & consubstantiali  
 Trinitate adorari, in Patre, inquam, &  
 Filio, & Spiritu sancto. Si enim quod-  
 libet eorum, quæ laudauimus, personis  
 propriisque subsistentiis, id quod est,  
 esse creditur: Pater enim est Pater; &  
 Filius, Filius; & Spiritus, Spiritus: tamen  
 essentia identitas in vnitatem colligit. Et  
 sane magistros eius, quos præ opinione

Deut. 6.

Exod. 22.

Exod. 20.

singularis sapientiae vehementer mirantur, etiam ad tres usque hypostasas diuinam & perfectissimam naturam extendere, priore libro ostendimus. Sed non grauabimur hic rursus paucis repetere. Plato igitur Deum supremum ait esse Bonum. Ex illo emicuisse Mentem, & hanc esse attentum mundi Opificem, primo quiescente & vacante. Et tertiam inducit Animam, a qua cuncta cieri animarique ait. Hac ille. Nos autem vere & accurate de suprema diuinitate loquentes, Filium ex Deo & Patre genitum asserimus, aequalis naturae, nec vlla in re ab eo differentem: procedere vero Spiritum sanctum, a quo cuncta vitam accipiunt. Et procedit quidem ineffabili ratione, uti dixi, ex Patre Spiritus sanctus viuificus, praebetur vero creaturae per Filium. Norat igitur Moses adorandam & vnam in sancta Trinitate diuinitatis naturam: ideoque interdum numero utitur singulari, interdum etiam plurali. Cuiusmodi est illud: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. Sane enim ut hominem formaret, alios sibi non fecit Deus adiutores. Sed hoc verbo *faciamus*, & ad similitudinem nostram, sanctam & consubstantialem Trinitatem demonstrat. Quapropter etiam hoc loco, *Venite, & Descendentes confundamus linguas eorum*, non significat Deos alios assumptos fuisse. Quomodo enim aut vnde? Nec enim plane ita est; sed sanctae Trinitatis adorandum, ingens, & admirabile mysterium subindicat. Sed & mirum illud. Quippe enim, ut putavit ille ac sensit qui sibi sapiens videtur, non est veritus Deo, virtutis omnis amanti, affectuum humanorum peruersitatem affingere, eumque vna cum aliis auctorem fuisse rerum adeo turpium & improbarum. At linguarum confusio causam habet rationi valde consentaneam. Frustra enim laborantes illius temporis homines coercere voluit vniuersi Opifex, adeoque coercuit, quum diuersitate linguarum eos separauit. Sed nihil ex ea re damni ceperunt, quum nihil eis acciderit, vnde mali ex bonis fierent, & ex optimis moribus ad deteriores conuerterentur. Nemo enim est, qui non praclare & laudabiliter viuere possit, quamuis peregrina lingua utatur.

Ακησισοφίας λαχόντες υπόληψιν θαυμάζονται παρ' αὐτῶ, καὶ μέχρι τριῶν ὑποστάσεων τὴν θεϊαν ἢ ἀκήρατον κατευρύνουσι φύσιν, προαπέφηνεν ὁ λόγος ἡμῖν. λυπεῖ δὲ ἔδὲν προσαναμῆσαι διὰ βραχέων. Ὁ γὰρ Πλάτων Θεὸν μὲν τὸν ἀνωτάτω φησὶ τ' Ἀγαθὸν ἐξ αὐτῶ γε μὴν ἀναλάμψαι Νῆν, καὶ τῆτον εἶναι τὸν προσεχῆ τῶ κόσμῳ δημιουργόν, ὄντος καὶ ἐν ἀκινήσει τῶ πρώτῳ. καὶ τρίτην εἰσφέρει ψυχὴν, ὑφ' ἧς τὰ πάντα κινεῖσθαι τε καὶ ἐψυχῶσθαι φησὶ. ἢ ταυτὶ μὲν ἐκεῖνος. Ἡμεῖς δὲ τὸν ὑγιᾶ ἢ ἀπεξοσμένον εἰς ἀλήθειαν περὶ τῆς ἀνωτάτω θεότητος συντιθέντες λόγον, γεγενῆσθαι φημέν ἐκ τῶ Θεῶ καὶ Πατρὸς τ' Υἱόν, ἰσοφύα ἢ ἀπαραλλάκτως ἔχοντα πρὸς πᾶν ὅτις αὐτῶ προελθεῖν δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα ζωοποιεῖται. πρόεισι μὲν ἐν ἀρρήτως, ὡς ἔφην, ἐκ τῶ Πατρὸς, τὸ ζωοποιεῖν ἅγιον Πνεῦμα· χορηγεῖται δὲ τῆ κτίσει δι' Υἱῶ. Οἶδεν ἐν ἄρα Μωσῆς τὴν ἐν ἀγία Τριάδι σεπλὴν τε καὶ μίαν τῆς θεότητος φύσιν. ταύτη τοι πολέμεν ἀριθμῶ χρεῖται τῶ ἐνικῶ, ποτὲ δὲ καὶ πληθυντικῶ. ὅποιόν ἐστὶ τὸ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. ἔγὰρ δὴ τινὰς ἑτέρας συλλήπτορας ἑαυτῶ πρὸς τὴν τῶ ἀνθρώπου κατασκευὴν ἐποιεῖτο Θεός. ἀλλ' ἐν τῶ, ποιήσωμεν, ἢ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν, τ' ἀγίας ἢ ὁμοσῆς Τριάδος ἢ δήλωσις ἦν. ἐκεῖν καὶ θάδε, τὸ δεῦτε, καὶ καλαβάντες συγχέωμεν αὐτῶν τὰς γλώσσας, ἔθ' ἑτέρας συμπαραλήθησθαι δηλοῖ. πῶς γὰρ, ἢ πόθεν; ἔγὰρ ἐστὶ ὅλως. ἀλλὰ τ' ἀγίας Τριάδος τὸ σεπλὸν ἢ μέγα καὶ ἀξιάγασον ὑπεμφάνει μυστήριον. ἀξίον δὲ κἀκεῖνο θαυμάσαι. Καίτοι γὰρ, ὡς γὰρ ὠήθη τάχα πρ, καὶ πεφρόνηκεν ἐφ' ἑαυτῶ, συνέτος ὑπάρχων, ἐκ ἀσχύνεται τῶ Φιλαρέτῳ Θεῶ, τὴν τ' ἀνθρωπίνων ἡθῶν ἀνάπτεν διασροφὴν, καὶ τοῖς ἄλλοις αὐτὸν συμπαραίτιον λέγων γεγενῆσθαι τ' ἔτως ἀσχερῶν ἢ ἀνοσίων πραγμάτων. Ἡ δ' εὐτυχισ, εὐλογώλια τὴν ἔχει τ' αἰτίας τὴν ἀπόδοσιν. εἰκὴ γὰρ ποιῆσθαι τὰς τὸ τῆνικαδε περὶ τὴν τ' πύργου κατασκευὴν, διακωλύειν ἠθέλεν ὅτ' ὅλων δημιουργός, ἢ δὴ ἢ κενώλυκε καλαλεμων εἰς πολυγλωσσίαν. ἢ δὴ κενώλυκε τὸ χρεῖμα τὰς πεπονθοῦσας ἔδεν, εἰς γε τὸ γενέσθαι Φαύλης ἐξ ἀγαθῶν, ἢ ἐξ ἀρίστων ἡθῶν μέλα φραῖσθαι πρὸς τὰ ἀσχίω. Ἐνεστὶ γὰρ ἀνθρώπῳ παντὶ τὸ εὐδοκιμεῖν δύνασθαι, ἢ λαμπρῶς διαβιῶναι, καὶ ἑτερόθρου ἐχῆ τὴν γλῶσσαν

καὶ ἔχι τὰς Ἑλλήνων εἰς ἡχώ συμβάωσαν. Ἡ δέ γε τῶν ἡθῶν διασροφή, πῶς ἐκ ἐπιζήμιος τοῖς ἐπιτῆς γῆς, εἰ συνητὰ τὰ βαρβάρων, καὶ ἡ παρ' αὐτοῖς ὀμότης, καὶ τὸ ἀκρατὲς εἰς ὄργας, καὶ εἰς ὀρέξεις ἀνάθεκτον, καὶ τὸ ἀνεπίπληκτον εἰς μαιφονίας, καὶ ὅσα τοῖς παρ' ἡμῶν κατέψευκται νόμοις; Εἶτα πῶς ὁ Φιλάγαθ' ἔτω Θεός, τὴν τῶν ἡθῶν διασροφήν εἰργάζετο; Ἀνακεφαλαίωμεν δὲ τὸν σύμπαντα λόγον, πάλιν ὡς Φησί:

## ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Τί οὖν ἐν μακροῖς εἰπεῖν βεβλόμεν, τοσαῦτα ἐπέξῃλθον, ὡς εἰ μὲν ὁ προσεχῆς εἴη ὁ κόσμος δημιεργός ὁ κηρυττόμενος ὑπὸ τῆς Μωσέως, ἡμεῖς ὑπὲρ αὐτῆς βελτίους ἔχομεν δόξας, οἱ κοινὸν μὲν ἐκείνον ὑπολαμβάνοντες ἀπάντων δεσπότην ἐθνάρχας δὲ ἄλλας, οἱ τυγχάνουσι μὲν ὑπ' ἐκείνον, εἰσὶ δὲ ὡς περ ὑπαρχοὶ βασιλέως, ἕνας δὲ τὴν ἑαυτῆς διαφερόντως ἐπανορθόμενοι φροντίδα, καὶ καθίσταμεν αὐτόν, ἔδὲ ἀντιμερίτην τῶν ὑπ' αὐτὸν θεῶν καθισταμένων. Εἰ δὲ μερικόν τινα τιμήσας ἐκείνος, ἀνατίθῃσιν αὐτῶ τὴν ἑπαιτιότητα ἡγεμονίαν, ἀμεινον τὸν τῶν ὅλων Θεόν, ἡμῶν πειθομένους, ἐπιγνώναί μετὰ τῆς μηδὲ ἐκείνον ἀγνοῆσαι, ἢ τὸν τῆς ἐλαχίστης μέρους εἰληφότα τὴν ἡγεμονίαν, ἀντὶ τῆς πάντων τιμῶν δημιεργῆ.

## ΚΥΡΙΑΛΟΣ.

Ἔσι μὲν οὖν ἀπάντων δημιεργός, ὁ πρὸς τῆς πανσόφου Μωσέως κηρυγμένον, καὶ αὐτὸς ἐστὶ τῶν ὅλων δεσπότης ὁρατῶν τε καὶ ἀορατῶν καὶ τῶν ὄντων ἔδὲν ἐστὶ ὁ μὴ τοῖς ἑαυτῆς σκήπτροις ὑπέχει τὴν ἀρχήν. Οὕτως δὲ δὴ πάλιν, τὴν ἑαυτῆς βασιλείαν ἀκαθάρτους τε καὶ ἀποσάτους δαίμοσι διανέμων, βελτίον ὑπὲρ αὐτῆς διανενοῦσθαι φησὶν. Εὐρεσιλογεῖ δὲ προστιθεῖς, ὡς εἰ μερικὸς εἴη Θεός ὁ πρὸς ἡμῶν προσκυνούμενος, βελτίον εἶναι τὸν ἕνα καὶ καθόλου μὴ ἀγνοεῖν. ἀλλ' ὅτι τὸν ἕνα καὶ ἐπὶ πάντας ἐκ ἡγνοήκαμεν ἡμεῖς, ὁ μακρὸς ἡμῶν διέδειξε λόγος. Ἀκρόντων δὲ καὶ πρὸς ἡμῶν, οἱ μετ' ἐκείνου πλανώμενοι, οἱ κωφοὶ ἀκούσατε, καὶ οἱ τυφλοὶ ἀναβλέψατε ἰδεῖν μυσταρὰς ἔτω καὶ γελωμένας λατρείας, ἀποφοιτήσατε μερικῆς καὶ ψευδανύμους, μᾶλλον δὲ τῆς ἐκ ὄντας ὅλων ἀποπέμψασθε Θεούς, ἐνὶ δὲ τῶ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθινῶν προσκυνήσατε μετ' ἡμῶν. Ὅτι καὶ ψευδοῦσθε,

vtatur & a Græcorum sono diuersa. Perversitas autem morum nonne mortalibus damnosa, si Barbarorum exosi mores, & crudelitas, & animi impotentia, & intemperantia, & homicidiorum impunitas, & quæcunque nostris legibus condemnantur? At quomodo Deus adeo probitatis amans morum perversitatem fecit? Rursus vero cunctam orationem summam colligens ita scribit:

## IULIANVS.

Ecquid ergo tam longo verborum ductu dicere volui? Nempe, si proximus mundi Opifex sit ille, qui a Mose prædicatur, nos de illo melius sentimus, qui putamus communem eum esse vniuersorum Dominum: alios autem gentibus præpositos, qui sub illius quidem imperio sunt, sed tanquam imperatoris legati suam quisque vicem diuersè obeuntes, neque ipsum aliorum Deorum, quos subiectos habet, partiarium statuimus. Quod si particularem aliquem reueritus ille, ei gubernationem vniuersi tribuit; satius erit eos ex nostro iudicio vniuersi Deum agnoscere, vnaque illi ignotum non fuisse, quam eum, qui minimæ parti præfectus est, rerum omnium Opificis loco colere.

## CYRILLVS.

Et sane omnium Opifex ille est, qui a sapientissimo Mose prædicatus est, atque idem ipse rerum omnium Dominus quæ cernuntur aut non cernuntur, nec quidquam est quod ceruicem sceptris eius non submittat. At hic rursus, eius regnum impuris ac desertoribus Dæmonibus tribuendo, melius de ipso sensisse prædicat. Neque hoc contentus aliud comminiscitur, nempe, si particularis esset Deus is quem colimus, melius fore vnum quoque omnino non ignorare. At nos vnum, eumque supremum omnium, non ignorasse, pluribus antea verbis ostendimus. Audiant autem a nobis qui cum illo in eodem errore versantur: surdi audite, & ceci contemplantini, tam abominandos & ridiculos cultus. Particulares & falso dictos, immo vero nequaquam existentes Deos amandate, vnum autem verumque natura nobiscum adorete. Mentiri porro Iulianum,

quum ait, vniuersi Deum aliis Diis legatis gentiumque praefectis quibusdam regnum suum impertisse, ex sacris paginis nemo non facile intelliget. Rem enim vel ipso nolente demonstrare conabor. Nonne vitulum conflauit olim in deserto Israel, salute sua neglecta? Hanc ob rem Deus indignatus sacrorum antistitem Mosem his verbis compellauit: *Vade, descende hinc tu & populus tuus, quem eduxisti ex terra Aegypti, in terram quam iuravi Abraham, & Isaac, & Iacob, dicens: Semini vestro dabo illam, & simul mittam ante faciem tuam Angelum meum. Non simul ascendam tecum, eo quod populus tu dura cervicis es. Et populus, inquit, audito isto verbo duro, lugubrem planctum fecit. Et dicit ad eum Moyses: Nisi tu ipse simul comes fueris, ne me hinc ascendere facias: Et quomodo vere notum erit, quod inueni gratiam apud te, ego & populus tuus, nisi tu nobis comes fueris?* *Et dixit Dominus ad Moysen: Et hunc tibi sermonem, quem dixisti, faciam.* Vide sis ergo sub Deo agere Israelem, ac summæ proinde prosperitatis fructum capere. Sed postquam defectione a Deo non mediocriter offendit, velut poenæ loco id accipere, quod Angelis subesset. Et quidem dixerim, sanctum Angelum ipsis praefuturum a Deo promitti, sed citra comparisonem. Praestabat igitur Israelem ipsi Deo rerum omnium subiici, non autem aliis ab ipso, quod Mose pro Israele deprecante demum auertit. At si necessarium & utile fuisset Israelem Angelo subiici, neque Moses illud deprecatus esset, neque Deus ipse vniuersi deprecanti bonum annuisset. Quum autem ira sedata semet ipsum adfuturum dixerit Israeli, quamuis peccati reo; patet utique Deum mortalibus praesse, non alicuius interuentu, sed proxime ac per se, ut ita dicam, non esse id ab eius voluntate aut dignitate alienum. Neque vero damni expertes homines fore, si aliis quibusdam subsint, aut gentium praefectis, aut Angelis, quamuis probitate ac sanctitate praestantibus supremoque Deo subditis. Addam porro aliud non inutile futurum

Α Θεοῖς ἑτέροις ὑπάρχουσιν τε καὶ ἑθνάρχαις τισί, διανείμαι λέγων τὴν ἑαυτῶ βασιλείαν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ἀκονιτὶ τοῖς ἑθέλουσιν ἐξέσαι νοεῖν διὰ γε τῆς Θεοπνεύστου γραφῆς. ἀβέβητον γὰρ τὸ χρῆμα αὐτῷ καλαδεῖσαι πειράσομαι. Οὐκ ἔν μὲ μοσχοποιήσῃ πόσι καὶ τὴν ἔρημον, ἀφειδήσας τῆς ἑαυτῶ σωτηρίας ὁ Ἰσραήλ; ἠγανάκτει δὲ πρὸς τὸ Θεὸς, ἔφη τε πρὸς τὸν ἱεροφάντην Μωσέα· πορεύσθε, καλὰ βῆθη ἐνλεῦθεν σὺ καὶ ὁ λαὸς σὺ, ὅς ἀνήγαγεσθε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, εἰς τὴν γῆν ἣν ὠμοσα τῷ Ἀβραάμ, καὶ τῷ Ἰσαάκ, καὶ τῷ Ἰακώβ, λέγων τῷ σπέρματι ὑμῶν δώσω αὐτήν, καὶ συναποσελῶ τὸν ἀγγελοῦν μου πρὸ προσώπου σου· ὅς μὴ ἀναδῶ μέλας σου, διὰ τὸ λαὸν σκληροδράχην σε εἶναι. καὶ ἀκίσσας, φησὶν, ὁ λαὸς τὸ ῥῆμα τὸ ποιητὸν τῶ Θεοῦ, ἐπένηθησεν ἐν πενθηκοῖς. καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Μωσῆς· εἰ μὴ αὐτὸς σὺ συμπορεύῃ, μὴ ἀναγάγῃς με ἐνλεῦθεν καὶ πῶς γνωσθὸν ἔσται ἀληθῶς, ὅτι εὐρηκα χάριν παρά σοι, ἐγὼ τε καὶ ὁ λαὸς σου, ἀλλ' ἢ συμπορευομένης σου μεθ' ἡμῶν; καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωσῆν καὶ τῶτον σοι τὸν λόγον ὃν εἶρηκας, ποιήσω. Ἄφθρει δὴ ἔν ἄφθρει πρᾶττοντα μὲν ὑπὸ Θεῷ τὸν Ἰσραήλ, καὶ τῆς εἰς ἄκρον ἐνημερίας ἔχοντα τὸ χρῆμα καρπὸν. Ἐπειδὴ δὲ ὁ μελέως προσκίεσκε διανενευκῶς εἰς ἀπόσασιν, ὡς ἐντάξει δικῆς τὸ ὑπ' ἀγγέλων γενέσθαι δεχόμενον. Φαίην δ' ἂν ὅτι καὶ ἅγιον αὐτοῖς τὸν ἐπιστάτην ἀγγελοῦ ὑπισχνεῖται Θεός, ἀλλ' ἀσυκρίτως. ἀμεινον ἔν τῷ ὑπ' αὐτῷ μάλλον τῷ τῶν ὅλων εἶναι Θεῷ, καὶ ὅτι τισιν ὑπεξεῦχθαι παρ' αὐτὸν ἑτέροις, ὃ δὴ καὶ ἀπεώσατο, λιπαρῶν ὑπὲρ αὐτῶ τῶ πανσόφου Μωσέως. Ἄλλ' εἶπερ ἦν τι τῶν ἀναγκαίων καὶ ὀνησιφόρων, τὸ ὑπ' ἀγγέλων Ἰσραήλ γενέσθαι, ἔτ' ἂν ὁ Μωσῆς παραστήσατο, ἔτ' ἂν αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεός, παραβληθῆναι τὸ ἀγαθὸν κατένευσεν. ἐπεὶ δὲ κατέβησεν ὁ ῥῆμα, αὐτὸς δι' ἑαυτῶ λέγων συνέσεσθαι καὶ τοὶ πεπλημμεληκῶτι τῷ Ἰσραήλ, δῆλον ἂν εἴη δῆπρ' εἶναι, ὡς ἔτε ἀβέβητον, ἢ ἀκαλλῆς τῷ Θεῷ τὸ καλάρχειν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ὅς διαμεσίτῃ τινός, προσεχῶς δὲ, καὶ ἴν' ἔτως εἴπωμεν, ἀνθρώπων ὅς τε μὴν ἀζήμιον ἀνθρώποις, τὸ ὑπ' ἑτέροις τισὶν εἶναι, ἢ ἑθνάρχαις, ἢ ἀγγέλοις, καὶ ἀγαθοὶ τινες εἶεν, ἀγιοί τε καὶ ὑπὸ ζυγῶ τῶ ἐπὶ πάντας Θεῶν. Προσέποισω δὲ τι καὶ ἕτερον ἔν ἀσυντελές,

εἰς ὄνησιν τοῖς ἐντευξομένοις. διμοιρήσαντο μὲν ἅπαντες  
 γὰρ τὰς ἐπὶ τῆς γῆς οἱ πονηροὶ τε καὶ ἀποστάται  
 δαίμονες. ἐνηθρώπησε δὲ ὁ μονογενὴς τῷ Θεῷ  
 Λόγῳ, ἡ παναλιεσάτη τῷ πατρὶ δεξιά, ἡ τῶν  
 ὅλων κατεξουσιάζουσα χεὶρ, ἵνα τῆς ἐκείνων  
 πλεονεξίας ἀπαλλάξας τὸν ἐνὶ καρδίᾳ προσ-  
 κομίσειε τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ. Καὶ πισώσεται γρα-  
 φῶν ὁ τῶν ἀνθρώπων μυστηρίων ἱερεργὸς ὁ πάνσοφος  
 Παῦλος ὡς περὶ γὰρ ἐν τῷ Ἀδάμ πάντες ἀπο-  
 θνήσκουσιν, ἕτως ἐν τῷ Χριστῷ ζωοποιεῖ-  
 σονται. ἕκαστος δὲ καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι. ἀπαρ-  
 χὴ Χριστός, ἐπεὶ οἱ τῷ Χριστῷ ἐν τῇ παρε-  
 σία αὐτοῦ, εἶτα τὸ τέλος, ὅταν παραδῶ τὴν βα-  
 σιλείαν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, ὅταν καταργήσῃ  
 πᾶσαν ἀρχὴν καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δυνά-  
 μιν. Ἀκούεις ὅτι καταργημένης ἀπάσης ἐξουσίας  
 καὶ δυνάμεως, καὶ ἀνηρημένης εἰς ἅπαν τῆς τῷ  
 διαβόλου πλεονεξίας, παραδίδωσι τὴν βασι-  
 λείαν ὁ Υἱὸς τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, οἷον ὑπὸ τυ-  
 ράννου διεπρασμένην ἐξελών, καὶ προσάγων  
 αὐτὴν τῷ γεννήσαντι. ὃ ἔξω τῷ βασιλεύειν  
 ἐαυτὸν καθιστὰς παραδίδωσι τὴν βασιλείαν αὐ-  
 τῷ, ἀλλ' ἐλευθέραν, ὡς ἔφη, ἐκσεσοδημέ-  
 νων τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἕθενος ἑτέρων τῶν ἐπὶ τῆς  
 γῆς βασιλεύοντων, πλὴν ὅτι λοιπὸν αὐτῷ τε καὶ  
 μόνῳ, δι' ἡμῶν σὺν ἁγίῳ Πνεύματι. εἶτα τὰς  
 ἐπὶ τῆς γῆς, ὅσας καὶ καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπων γέ-  
 γονε, καὶ ὑπέμεινε σαυρὸν ἀσχύνης καταφρο-  
 νήσας, ἵνα τῆς μεθ' ἡμῶν τυραννίδος τῶν ἀνο-  
 σίων δαμόνων ἐξώση σίφος.

legentibus. Improbi ac desertores  
 damones homines sibi vendicarant;  
 factus homo est unigenitum Dei Ver-  
 bum, fortissima patris dextera, manus  
 potestate sua cuncta continens, ut illo-  
 rum impotenti dominatu liberatos Deo  
 & patri offerret. Cuius rei fidem faciet  
 Paulus, sapientissimus sacrorum eius  
 mysteriorum antistes: *Vt enim in Adam*  
*omnes moriuntur, ita in Christo vivifica-*  
*buntur. Unusquisque in suo ordine: pri-*  
*mitia Christus: deinde hi qui Christi, in*  
*adventu illius: postea finis, quando tradet*  
*regnum Deo & Patri, quando abolabit*  
*omnem principatum & omnem potestatem*  
*ac virtutem.* Audis quod omni pote-  
 state ac virtute abolita, omnique Diabo-  
 li fraude, sublata regnum tradit Deo &  
 Patri Filius, velut Tyranno ereptum  
 adimens, & ad Patrem afferens. Non  
 enim regnum a se abdicans ei tradit,  
 sed liberum, uti dixi, depulsis hostibus,  
 nec vlllo alio, quotquot in terra sunt,  
 quam illo solo regnante per Filium cum  
 Spiritu sancto. At nonne ingratum  
 esset illi, homines in terris degere sub  
 quibusdam gentium prefectis ac tutela-  
 ribus Diis, qui & homo similis nobis  
 factus est, & ignominia contemta cru-  
 cem sustinuit, ut impiorum demonum  
 agmen ab inuadendis nobis expelleret.

FINIS LIBRI QVARTI.

